Ad rõnes. Ad ꝑmã ꝯcedo ꝙ oculus ſi eẽt ĩfixꝰ ſuꝑficiei ꝯuexe terre videret multũ minꝰ q̃ȝ medietatẽ celi. ſicͤ rõ demr̃auit. nihilominꝰ bene ꝯcedo ꝙ oculus põt in tali ꝓportiõe eẽ eleuatꝰ ſup ſuꝑficiẽ terre ꝙ videret ꝑciſe medietatẽ. ita ꝙ ſuus oriçon diuideret celũ ĩ duo eq̃lia. ⁊ cũ hͦ ſtat ꝙ oculus põt eẽ tm̃ eleuatꝰ ſup ſuꝑficiẽ terre ꝙ videret pluſq̃ȝ medietatẽ celi. Et ex hͦ tunc pȝ ad 2ᵘᵐ arᵘᵐ. ¶ Ad 3ᵘᵐ dicunt aliq de magr̃is meis ꝙ ſm rei vitatẽ cũ vna ꝑs ſolis eſt orta ⁊ alia nõ orta linea diuidens ꝑtẽ ortã a ꝑte nõ orta ipſiꝰ eſt linea curua ⁊ arcualis. ſed tñ ꝑs orta ipſius ſolis nõ appet nobis figure arcualis. ꝑꝑ hͦ ꝙ q̃ñ linea curua a remotis vr̃ apparet recta. ¶ Sȝ breuiter ꝓut mihi appet hͦ non eſt veꝝ. vñ dico ꝙ ſm rei vitatẽ ꝑs ſolis orta nõ dȝ appere arcualis figure: ſȝ dȝ appere ſicͤ medietas vel ſicͤ portio vniꝰ circli eo mõ q̃ appet. vñ imaginor ꝙ nr̃ oriçõ dȝ imaginari ſicͤ circulus reſecãs ⁊ diuidẽs ꝑtẽ ſolis ortã a ꝑte ſolis nõ orta. mõ q̃ñ vnꝰ circulus ſȝ eiꝰ ꝑiferiã cadit ſup ſuꝑficiẽ latã alteriꝰ circuli diuidit ⁊ reſecat vnã ꝑtẽ ab alia ſine q̃cũq; iteriori ꝯcauitãte illaꝝ ꝑtiũ ſȝ vitatẽ vl' apparẽtiã. recte ac ſi ille ꝑtes diſtiguerent̃ ab iuicẽ ꝑ lineã rectã. ⁊ ꝑꝑ hͦ ꝑs ſol' nobis orta dȝ nobis appere ꝯſili mõ ac ſi diſtiç[illegible] a ꝑte nõ orta ꝑ lineã rectã. vl' ac ſi eẽt oculus ĩ cẽtro [illegible] ⁊ vna medietate terre amota. ita ꝙ gibboſitas terre nihil fac̃ ad hͦ ꝙ ſol ĩ eiꝰ ortu ſȝ eius ꝑtẽ ortã dberet nob appere arcualis figure. ſȝ ad hͦ ꝙ ſol nobis tal'r appet ſicͤ orit̃ fac̃ nr̃ oriçõ. ¶ Ad q̃rtã illa bñ ꝓcederet ſi cẽtꝝ magnitudĩs terre eẽt cẽtꝝ mũdi: ſȝ qꝛ ſic nõ ẽ: ſȝ mltũ ẽ eleuatũ ſup cẽtꝝ mũdi nõ oȝ ꝙ terra ſit total'r coopta aq̃s lȝ tã ipa q̃ȝ aq̃ ſit rotũda. ¶ Ad q̇ntã illa bñ ꝓbat ꝙ terra ñ ſit ꝑfecte ſpica ſicͤ dixit pᵃ ꝯclõ. ¶ Ad vltimã dico ꝙ ñ oȝ mobile motu recto eẽ figure recte. lȝ bene oporteat motũ eiꝰ nãlẽ ſimplicẽ eẽ ꝑ lineã rectã. Et ſic eſt finis q̃õnis.

¶ Reliquum autẽ de terra dicere vbi exiſtat poſita. ⁊c̃. Textu ꝯmenti ſeptuageſimiſecũdi.

Queſtio XXVIII.

Quartum ꝓpoſitoꝝ erat. vtꝝ totalis terra ſit hitabilis. Vr̃ pᵒ ꝙ nulla ꝑs terre ſit hitabil'. naȝ ex quo terra ẽ ſpica. vt dcm̃ ẽ ĩ alia q̃õne. ⁊ aq̃ ſil'r. vt ꝓbat ariˢ. ĩ hͦ 2ᵒ. ⁊ cũ terra ſit grauior aq̃ ⁊ ĩ medio mũdi ſituata vt dictũ ẽ ꝑus. vr̃ ꝙ terra vndique ſit coopta aq̃s. ⁊ ꝑ ꝯñs vndiq; inhitabil' ꝓpter aq̃s. ¶ Nec valet ſi diceret̃ ꝙ eleuatões mõtiũ q ſũt ĩ terra ipediũt ne total' terra ſit coopta aq̃s. ⁊ q̃tũ ad hꝰ eleuationes ipſa terra eſt hitabilis. Nã ex quo mũdus fuit ab eterno vt credidit ariˢ. ſi aliq̃ñ fuiſſẽt mõtes ⁊ tales eleuatiões iã diu

eſſent cõſumpti. propter hoc ꝙ omne graue tendit deorſū nec perpetuo põt ſic ſurſuz ſuſtineri. q̃re iam totalis terra eſſet facta ſperica ⁊ vndiqꝫ aq̃s coop̃ta. ¶ Sc̄do ſicut ſpa aeris excedit ſperã aque. ita ſpera aque dꝫ excedere ſperã terre. ⁊ per ꝯñs dꝫ totã terrã coop̃ire. ⁊ ꝑ ꝯñs dꝫ totã ipſaz terrã vndiqꝫ inhitabilẽ facere. ¶ Deinde ꝓbatur ꝙ tota/lis terra ẽ hitabilis. nã vna q̃rta ei⁹ ẽ habitabilis. vt cõiter oẽs ꝯcedunt. ⁊ nõ vr̃ eſſe maior rõ de vna q̃ꝫ de alia. igr̃ ⁊c̃.

**Oppoſitum** amboꝝ iam ꝓbatoꝝ pꝫ ꝑ experientiaz. nã aliqua pars terre ẽ hitabilis. vt pꝫ. ⁊ aliqua inhabitabilis ꝓpter aquas. ⁊ aliqua ꝓpter nimiuz frigus ſicut illa que eſt ſuppoſita polo arctico vel antarctico. q2 terra põt eſſe inhabitabilis ꝓpter exceſſum alicuius qualitatis ꝑme de qualitatib⁹ actiuis. vtputa ꝓpter exceſſū frigiditatis vel caliditatis. vel põt eſſe inhabitabilis ꝓpter exceſſū aquarum. iõ in q̃ne duo erũt articuli. nã in ꝑmo videbit̃ de habitatione vel ĩhabitatione terre ꝓpter tẽperiem vel exceſſuz caliditatis vel frigiditatis. Secũdo videbit̃ de hitatiõe terre vel ĩhitatõe q̃ꝫtũ ẽ ex p̃te aquaꝝ.

**Quantum** ad ꝑmum. ſupponẽdũ eſt ꝑmo terrã diuidi. ĩ. 5. p̃tes. ſecũduz. 5. zonas imaginatas in celo quaꝝ vna ẽ ſuppoſita illi parti celi q̃ eſt inter circulũ arcticũ ⁊ polum arcticum. ſc̄da autem ẽ ſuppoſita illi p̃ti que ẽ inter circulũ antarticum ⁊ polũ antarticũ. 3ª autem ſupponit̃ illi p̃ti que ẽ inter tropicũ cãcri ⁊ circuluz arcticũ. quarta ſupponitur illi p̃ti que ẽ inter tropicũ capricorni ⁊ circulũ antarcticũ. 5ª aũt ⁊ vltima ſupponit̃ illi p̃ti celi que eſt ĩter duos tropicos directe ſub eq̃noctiali. ¶ Tũc ſit ꝑma ꝯclo: due ꝑme p̃tes terre ſunt inhabitabiles ꝓpter defectũ caloris ⁊ abũdãtiã frigiditatis. ꝑmum pꝫ. q2 h⁹ p̃tes nimis diſtant a ſole qui eſt cã caloris ĩ iſtis inferiorib⁹. ⁊ q2 ad eẽ ⁊ viuere plantaꝝ ⁊ aĩaliũ req̃ritur calor ſeq̃tur ꝙ ibi nec creſcũt plãte nec hitant aĩalia. ⁊ hoc. ſ. ꝓpter defectum caloris. ſc̄da pars pꝫ. q2 ibi exceſſus frigoris ꝑp eleuationẽ vapoꝝ ꝯmixtoꝝ aeri. qui nõ pñt ibi ꝯſumi ꝑp defectũ caloris: ⁊ illi tantũ aerẽ ibi exñtẽ ingroſſant ⁊ infrigidãt ⁊ cõdẽpſant: ꝙ nulla viuẽtia pñt ibi manere. ¶ Sc̄da ꝯclo. 3ª ps terre ẽ hitabil̃ ꝑp tẽperiẽ frigoris ⁊ caloris ⁊ illa ps terre eſt ĩ q̃ nos hitamus. ⁊ ꝙ in ea ẽ tẽperies caloris ⁊ frigoris ẽ ex eo ꝙ in eſtate nr̃a ſol eſt ꝓpe ſuã augẽ. ⁊ ſic non facit nobis nimiũ calorẽ ꝑp maiorẽ ei⁹ diſtãtiã a terra. ⁊ in hyeme nr̃a eſt ꝓpe oppoſitũ ſue augis. ⁊ ſic nõ cãtur nobis nimiuz frigus ſui abſentia. ꝓpter hoc ꝙ licet nõ diu moret̃ ſuper nos. tñ ẽ terre tũc ꝓpinq̃or ex eo ꝙ oppoſitũ augis ecẽtrici ſolis eſt pũctus ecẽtrici ꝓpinq̃or terre. ¶ Iuxta iſtã ꝯclõnẽ ⁊ eius ꝓbationẽ bñ ſeq̃tur q᷒ ꝑꝫ mutationẽ augis ipſi⁹ ſolis aliq̃ue partes terre reddũtur peius vel meli⁹ habitabiles.

¶ Tertia ꝯcluſio. quarta pars terre eſt ĩhabitabilis ꝑp nimiã abũdantiã caloris ĩ eſtate. ⁊ nimiã abũdãtiã frigiditatis ĩ hyeme. ⁊ ẽ illa ps terre q̃ ẽ oppoſita illi p̃ti terre in qua nos hitam⁹. Sed veꝝ ẽ ꝙ ĩ iſta ꝯclõne nõ oẽs ꝯcordãt. ⁊ ꝓbo cã ſic. nã ex quo aux ſolis iaꝫ ẽ ꝓpe finẽ geminoꝝ. ⁊ op⁹ augis ꝓpe finẽ ſagittarij. ⁊ cũ exñtib⁹ ĩ dc̃ã p̃te terre. ſi aliq̃ ibi exiſterẽt ſit eſtas ſole exñte iux̃ op⁹ ſue augis. ſol eis in eſtate nimiũ facit calorẽ ꝑp nimiã ei⁹ ꝓpinq̃tatẽ ad terraz ⁊ cũ eiſdem ſit hyems ſole exñte iux̃ augẽ ĩ hyeme ꝑp abſentiã ſolis ⁊ nimiã ei⁹ diſtãtiã a terra eſt nimiũ frig⁹ ibidẽ

¶ 4ª ꝯ°. 5ª ps terre. ſ. q̃ ẽ ĩter duos tropicos ſub eq̃noctiali eſt hitabilis. q̃ꝫtũ ẽ ex p̃te frigiditatis vel caloris. imo non ſolũ hitabilis. ſed locus tẽꝑatiſſim⁹ ꝓ hitatione. ¶ In iſta iteꝝ ꝯclõne nõ oẽs ꝯcordant. vnde auctor ſpere manifeſte dicit oppoſitũ. iſtã tñ ꝯclõnẽ ponit Auicẽna in ſua phyſica. Et ꝓbatur ſic ꝑmo auc̃te yſi. in libro ethimologiaꝝ. q̃ dicit ꝙ paradiſus ẽ ſitus ĩ loco alto verſus oriẽtem ferre attingẽs globũ lune ⁊ ſub eq̃noctiali. ſꝫ ꝯſtat ꝙ paradiſus terreſtris ẽ locus amenĩſſimus ⁊ optime habitabilis. Idẽ pꝫ ex vno q̃d ſemel legi ĩ vno libro. nã ĩ anglia fuit quidaz homo ſancte uite. q̃ aſſerebat ſe fuiſſe ĩ quodã loco vbi fuit fc̃ã incãtatio ⁊ citatio cuiuſdã ſpũs q̃ dixit ſe velle portare ficus maturos ꝑ quolibet t̃pe ãni ne ampli⁹ ſic citaret̃. tũc dixit incantator quõ h̃ eẽt. dixit ſpũs. ẽ loc⁹ ĩ terra q̃ eſtimat̃ ĩhabitabilis ab hoib⁹. vbi ĩ oĩ t̃pe ãni fruct⁹ maturi ſꝫ diuerſitatẽ geneꝝ fructuũ inueniũtur. ⁊ de illo loco dixit ſe velle portare fruct⁹ ⁊ fic⁹. ſtatĩ ĩ ſeq̃nti die circa feſtũ natalis dñi: ⁊ fic⁹ ac pl̃a alia fructuũ gñia recẽtia ſibi apportauit. ⁊ certe vr̃ ꝙ talis loc⁹ ſit ſub eq̃noctiali. nã de illo vſ̃es dicũt ꝙ ſit inhitabilis ꝑp intẽperiẽ ⁊ exceſſũ caloris. ¶ Deĩde ꝓbat̃ dc̃ã ꝯclo rõnib⁹. ꝑ̃ ꝓ quo ſuppõit̃ ꝙ celũ ⁊ aſtra ſũt ordinata ad gubñãdũ iſtũ mũdũ. ⁊ maxĩe hoĩes. ⁊ aĩalia. ⁊ plãtas de q̃b⁹ nã ꝑp coꝝ nobilitatẽ maxĩe dꝫ eẽ ſollicita. Iõ rõnabile ẽ ꝙ ĩ illo loco ſit hoĩuz ꝑfectiſſima hitatio ad quẽ oẽs ſtelle celi ordinate. ⁊ ſiĩ hñt aſpectũ. ſed h̃ ẽ ad locũ ſub eq̃noctiali. illis. n. oẽs ſtelle oriũtur ⁊ occidũt. nobis vero nõ oriũtur nec occidũt ille ſtelle q̃ ſũt circa polũ antarcticuz.

¶ 2ª rõ ⁊ cã tẽperiei dc̃i loci ſub eq̃noctiali ẽ eq̃litas diſtãtie ab vtroqꝫ polo. calor. n. illi⁹ loci obtẽꝑat̃ ꝑp frigiditatẽ vtriuſqꝫ loci eq̃l̃r reſpiciẽtis locũ illũ. ¶ 3ª cã ẽ equalitas diei ⁊ noctis ĩ oĩ t̃pe ãni. frigiditas. n. noctis obtẽꝑat calorẽ diei. ¶ 4ª cã ẽ breuitas eſtatis ⁊ hyemis. nã nec hyemalis frigiditas excedit. nec calor eſtatis nimis adurit. ¶ 5ª cã ẽ paucitas more ſol̃ ſup̃ cenit capitis eoꝝ q̃ hitãt ſb eq̃noctiali. cũ. n. duplex ſit cã caloris. ſ. approṗinq̃tio ſol̃ ad cenit. ⁊ mora eiuſdẽ. ꝑ̃ª cã ẽ modica reſpcũ 2ᵉ. vt pꝫ q̃ñ ſol ẽ ĩ meridie q̃ñ ĩ meridie nõ ẽ tant⁹ calor ſic̃ poſt meridiẽ. ⁊ tñ ſol ꝓpinq̃or ẽ capitib⁹ nr̃is ĩ meridie q̃ꝫ poſt. q̃re mora ſol̃ plus facit ad calorẽ q̃ꝫ ei⁹ approṗinq̃tio. q2 ĝ ſol hitantib⁹ ſub eq̃noctiali nõ morat̃ diu ſup̃ cenit capitis eoꝝ. ſꝫ cito trãſit. iõ ẽ ꝙ nõ ẽ ibi tãt⁹ calor ſic̃ circa alteꝝ tropicũ. vbi ſol diuti⁹ morat̃. ¶ 6ª cã eſt accñtalis eleuatio multoꝝ vapoꝝ a mari meridiano. ⁊ a flumibus exñtib⁹ ibidẽ. q̃ in dc̃õ loco hñt obtẽꝑare calorẽ. ¶ 7ª rõ põt eſſe. q2 cũ terre remotiores ab eq̃noctiali. puta ille ſb poll̃ ſint ĩhitabiliores ad ĩhitãdũ. ⁊ ꝓpinq̃ores hitabiliores vr̃ ꝙ ſub eq̃noctiali ſit loc⁹ hitabiliſſim⁹ ꝓ hitatõe. ⁊ iſta rõ ꝓcedit a ſig̃ magis q̃ꝫ a cã. ¶ Cõtra iſtã ꝯclõnẽ dubitat̃ ꝑ rõnes illoꝝ q̃ tenẽt p̃tẽ oppoſitã. ꝑ̃ q̃dez arguunt ſic. aliq̃s eſt locus inhitabilis ꝑp nimium frigus. ergo etiam videtur ꝙ aliquis ſit ĩhitabilis propter nimiũ calorẽ. ſed talis nõ videtur eſſe alius q̃ꝫ ille ſub eq̃noctiali.

¶ 2° ſi hitarẽt ibi aliq̃. vtiqꝫ de tlib⁹ aliq̃ venirẽt ad nos. ⁊ de nr̃is ad illos. q̃d tñ nunq̃ꝫ eſt ꝑceptũ. ¶ 3°. nã cũ vadim⁹ v̾ſus tropicũ cãcri. tãdez ĩuenim⁹ hoĩes valde nigros ſicut ſunt ethyopes. ⁊ h̃ eſt ꝓpter magnũ calorẽ ibi exñtẽ. ĝ ſi ꝓcederem⁹ vltra tropicũ. tñ ĩuenirem⁹ calorẽ: vt vr̃: ꝙ nullus poſſet hitare. ¶ 4°. nã ibi exñtib⁹ ſol bis ĩ ãno currit ꝑ zenit capitũ eoꝝ. iõ vr̃ eis facere tñ calorẽ ꝙ nõ eſt eis cõueniẽs hitatio: vñ videm⁹ ꝙ nobis ĩ eſtate q̃ñ adhuc nõ ẽ ĩ zenit aliq̃ñ ẽ tãt⁹ calor ꝙ ẽ mirabile. ⁊ iõ ſi curreret bis ĩ ãno ꝑ zenit. videret̃ tñ õbere cãre calorẽ ꝙ nullo mõ poſſem⁹ viuere. ¶ 5° nã videm⁹ ꝙ ex reflexione radioꝝ ĩcidẽtiũ ꝑpẽdiculariter ſup̃ ſup̃ficiẽ ſpeculi ꝯcaui cãtur ignis. iõ cũ ſol ꝓiciat bis ĩ ãno. ſic̃ q̃ñ ẽ ĩ ꝑncipio arietis ⁊ libre radios ſuos ꝑpẽdiculariter ſup̃ terrã ſuppoſitã eq̃noctiali. vr̃ ꝙ tal̃ terra ſit ĩhitabil̃ ꝑp nimiũ calorem aduſtiuuz cãtũ ex tali ĩcidẽtia radioꝝ ſolis ꝑpẽdiculariũ. ¶ Ad ꝑ̃⁹. dico ꝙ lꝫ ſit reꝑire terraz ĩhitabilẽ ꝑp nimiã elõgationẽ a ſole ⁊ h̃ ſub vtroqꝫ polo. nõ tñ ꝑp h̃ oꝫ ꝙ aliq̃ ſit ĩhitabilis ꝑp approṗinq̃tionẽ ad ſolẽ. q2 cũ frig⁹ ſit mortificatiuũ. ⁊ calor viuificatiuus ⁊ cã vite. iõ eſt ꝙ nã melius cõpatit̃ ſiccũ exceſſiuũ caloris q̃ꝫ frigoris. nec etiã ſub eq̃noctiali eſt exceſſus caloris. ſed tẽperamentum optimũ. vt dictum eſt.

¶ Ad ſc̄õz dico. ꝙ ideo nullus põt illuc ire nec aliq̃s venire vſqꝫ huc. q2 oporteret talem trãſire ꝑ terrã ſuppoſitam

eiſdem in ſecundo de generatiõe. quia h̃ conſideratio reſpi/cit ad qͣlitates motiuas corꝫ motu locali. ſicut ſunt grauitas ⁊ leuitas. Cõſideratio aũt de eis in ſcḋo de gñatione reſpicit ad qͣlitates corꝫ alteratiuas: ſeu motiuas motu alteratiõis. ſicut ſunt caliditas. frigiditas. humiditas. ⁊ ſiccitas. ⁊ ſicut mot⁹ localis p̄cedit motũ alteratiõis: cũ inter oẽs mot⁹ mot⁹ local' ſit p̄or. ſic cõſideratio de eis in iſto tertio ⁊ qͣrto. ante cõſide rationẽ de eiuſdẽ in ſcḋo de generatione dꝫ poni.

¶ Quoniam autẽ eſt vnũ ſolũ qḋ omnibus ſupfert: ⁊ vnũ qḋ omnibus ſubſtat: neceſſe ẽ duo alia eſſe que ⁊ ſubſtãt cũ idã: ⁊ ſupferuntur cuidam ⁊c̃. quarto celi. Textu cõmenti trigeſimiſeptimi.

Queſtio I.

His p̄miſſis ſm̃ exigẽtiã p̄me p̄ticle ſex qͣrũ per ordinẽ. p̄mo vtrũ aliqḋ elm̃ ſit ſimplr̃ graue. ⁊ aliqḋ ſimplr̃ leue. ⁊ aliqḋ in reſpectu. Scḋo. vtrũ qḋ liber corp⁹ qḋ eſt alio grauı⁹ in aere ſit codẽ grauı⁹ in aq̃. 3°. vtrũ aliqḋ elm̃ ſit graue in ſuo loco p̄prio. 4°. vtrũ grauitas ⁊ leuitas ſint forme ſubales grauiũ ⁊ leuiũ. 5°. vtꝝ ex p̄te grauitati ⁊ leuitatis ↄcludi poſſit corp̄a nõ eẽ ↄpoſita ex idiuiſibilib⁹. 6°. vtꝝ ex parte grauitatis ⁊ leuitatis concludi poſſit numerus quaternarius elementorum.

Quantum ad p̄mum p̄poſitoꝝ. Arguit̃ p̄. q̄ nihil ſit ſimplr̃ graue. nã ſi ſic. hoc videt̃ eſſe terra pura. ſicut dicit Ari. in lr̃a. mõ hoc ẽ falſuꝫ. nã ſit illa terra. a. tũc arguo ſic. a. eſt aliq̃ graui⁹: ⁊ aliq̃ min⁹ graue. ergo a. nõ ẽ ſimplr̃ graue. ↄñia tꝫ. nã graue ſimplr̃ dꝫ eẽ graue ĩ ſummo. ſꝫ graui in ſũmo nihil ẽ graui⁹. nã alr̃ non eẽt ſummũ. añs p̄bat̃. qꝛ a. terra ẽ minori terra grauior. ⁊ maiori terra minus grauis. Cõſilr̃ p̄bat̃ q̄ ignis nõ eſt ſimplr̃ leuis. de quo tñ h̃ maxime videt̃. ſi eẽt aliqḋ ſimplr̃ leue. nã ſi aliqs eẽt talis. ſit ille b. p̄bo q̄ b. nõ eſt ſimplr̃ leue. qꝛ b. ignis minori igne ẽ leuior. ⁊ maiori igne ẽ min⁹ leuis: cũ magn⁹ ignis ſit leuior minori igne. ſic maior terra ẽ grauior minori terra. ¶ Deinde p̄bat̃. q̄ q̄libet elꝫ ẽ graue vel leue ſimplr̃. p̄mo ſic. qꝛ ſi nõ. hoc eẽt ex eo q̄ aq̃ non eẽt grauis ſimplr̃. ⁊ aer nõ eẽt leuis ſimplr̃. ſed p̄bo q̄ imo. ⁊ arguo ſic de aq̃. illḋ qḋ grauiori ſimplr̃ ẽ graui⁹ vtiq̃ ẽ graue ſimplr̃. ſic eſt de aq̃ pꝫ. nã vnũ doliũ de aq̃ eſt graui⁹ in aere q̄ ſit vn⁹ pugillus terre. ⁊ tñ talis terra per Ari. in lr̃a dicit̃ eſſe ſimplr̃ grauis. aſſumptũ pꝫ. nã cuilꝫ manifeſtũ eſt q̄ difficili⁹ multo ẽ ſuſtinere magnũ pondus aque q̄ vnũ pugillũ terre. ¶ Et ↄfirmat̃. de aq̃ ⁊ de aere ſilr̃. naꝫ illḋ dr̃ graue ſimplr̃ qḋ dr̃ graue ſine addito. ⁊ illud leue ſimplr̃ qḋ dr̃ leue ſine addito. ſic ẽ de aq̃ ⁊ de aere. pꝫ hoc. nã aquã dicim⁹ eẽ graueẽ ſine addito. ⁊ aerẽ leuẽ ſine addito. ¶ Scḋo. nõ niſi aq̃ eẽt ſimplr̃ grauis. ⁊ aer ſimplr̃ leuis oporteret q̄ grauitati aq̃ eẽnt cõmixti qdã gradus leuitatis. ⁊ leuitati aeris eẽnt ↄmixti qdã gradus grauitatis: ſed hoc eſt falſũ. ↄñia tꝫ. ex eo q̄ alr̃ aq̃ eſſet ſimplr̃ grauis. ⁊ aer ſimplr̃ leuis. illud. n. qḋ hꝫ grauitatẽ ſine leuitate ẽ ſimplr̃ graue. ⁊ qḋ hꝫ leuitatẽ ſine grauitate ẽ ſimplr̃ leue: recte ſic eſt in alijs qͣlitatib⁹. ſꝫ falſitas ↄñtis p̄bat̃. p̄mo. naꝫ ſi ſic tũc aq̃ ſimplex poſſet ſucceſſiue deſcẽdere ĩ vacuo. ⁊ aer ſimplex poſſet ſucceſſiue aſcẽdere ĩ codẽ ſi eẽt. qḋ eſt ↄ Ari. ⁊ cõmẽtatorẽ. in qͣrto p̄hycoꝝ. ↄñia tꝫ. ex eo q̄ h̃rent ſufficientẽ reſiſtẽtiã itrinſecã. vñ in aq̃ leuitas reſiſteret grauitati. ⁊ in aere grauitas reſiſteret leuitati. ¶ Et ↄfirmat̃ h̃. qꝛ forma ſubalis aq̃ eſt ſimplex. ⁊ ſilr̃ forma ſubalis aeris. ḡ grauitas q̄ eſt qͣlitas motiua aq̃ ↄñs illã formã ſubalẽ etiã dꝫ eẽ ſimplex. ⁊ ſilr̃ leuitas ip̄i⁹ aeris. ⁊ ſi ſic aq̃ ẽ grauis ſine leuitate. ⁊ aer leuis ſine grauitate. ⁊ p̄ ↄñs aq̃ eſt grauis ſimplr̃. ⁊ aer leuis ſimplr̃ qḋ erat p̄badũ.

Oppoſitum vult Ari. ⁊ ↄmẽtator ĩ multis locis. qui p̄lices diſtiguũt graue ĩ graue ſimplr̃ ⁊ ĩ graue ĩ reſpcũ vñ volũt terrã eẽ grauẽ ſimplr̃ ⁊ ignẽ leuẽ ſimplr̃. ⁊ aq̃ ⁊ aerẽ graueẽ ⁊ leuẽ ĩ r̃ſpcũ. In iſta q̄oẽ p̄ ponã q̄ſdã diſtictiões. ⁊ ↄnes.

Quantũ ad p⁹ ſit p⁹ diſtictio. aliqḋ dr̃ graue ſimplr̃. 4. modis. vno⁹. qꝛ eo exñte graui nihil ẽ eo grauı⁹. ſcḋo mõ. qꝛ grauitati ſue null⁹ grad⁹ leuitatis ẽ cõmixt⁹. tertio mõ. qꝛ de p̄noie demõſtrante ipꝫ ẽ p̄dicabil' iſte termin⁹ graue abſq̄ addito iuxͣ illḋ. h̃ ſimplr̃ dico q̄ ſine addito dico. qͣrto mõ. qꝛ ĩ q̄cũq̄ illoꝝ triũ eloꝝ ponat̃ q̄ ſũt ignis. aer. ⁊ aq̃. ip̄m aptũ natũ ẽ deſcẽdere. ¶ 2ᵃ diſtictio. p̄portiõalr̃ ſe hꝫ de leui ſimplr̃. nã vno mõ. aliqḋ dr̃ leue ſimplr̃. qꝛ ipſo exñte leui nihil ẽ eo leui⁹. ſcḋo mõ qꝛ leuitati ei⁹ null⁹ grad⁹ grauitatis ẽ ↄmixt⁹. tertio mõ. qꝛ ly leue ẽ p̄dicabile ḋ eo ſine addito. 4° mõ. qꝛ ĩ q̄cũq̄ iſtoꝝ triũ eloꝝ ponat̃ q̄ ſũt terra. aq̃. aer ipꝫ ẽ aptũ natũ aſcẽdere. ¶ 3ᵃ diſtinctio. graue nõ ſimplr̃ ſꝫ in reſpcũ dr̃ duob⁹ modis. vno mõ. qꝛ ſue grauitati ẽ aliqs gradus leuitatis p̄mixt⁹. 2° mõ. qꝛ ĩ aliq̃ eloꝝ aptũ natũ eſt aſcẽdere. ⁊ ĩ aliq̃ aptũ natũ ẽ deſcẽdere. ¶ 4ᵃ diſtictio ponat̃ p̄portiõalr̃ de leui nõ ſimplr̃: ſed in reſpectu.

Quantum ad 2ᵐ. ſit p⁹ ↄclõ nulla p̄ticula terre ẽ grauis ſimplr̃ p̄ mõ. p̄robat̃. qꝛ q̄cũq̄ p̄ticula terre data vna maior ẽ ea grauior. ¶ 2ᵃ ↄclõ. q̄libet p̄ticula terre pure eſt grauis ſimplr̃ 2° ⁊ 3° ⁊ 4° mõ. de 2° mõ. pꝫ qꝛ ſue grauitati nullus gradus leuitatis eſt p̄mixt⁹. Alr̃. n. ñ eẽt terra pura. qḋ ẽ ↄ hypotheſiꝫ. de 3° mõ pꝫ. nã illi grauıe ẽ p̄dicabile de p̄noie demõſtrante illã p̄ticulã ſimplr̃ ⁊ ſine addito. De qͣrto mõ pꝫ. nã q̄cũq̄ p̄ticula terre pura data ſine eẽt ĩ igne. ſiue ĩ aere. ſiue ĩ aq̃ ipſa apta nata eẽt deſcẽdere. ſic docet exp̄iẽtia. ⁊ ſi nõ deſcẽderet. h̃ eſſet p̄p̄ p̄hibẽs ⁊ violẽtãs ip̄aꝫ. ¶ Nõdũ tñ q̄ ĩ p̄poſito ſolũ dicimus aliqd graue ſimplr̃. p̄p̄ hoc q̄ ĩ q̄cũq̄ poneret̃ dictoꝝ triũ eloꝝ ip̄m aptũ natũ eẽt deſcẽdere. ¶ Sꝫ diceres. vꝝ q̄ iſto 4° mõ. nõ q̄lꝫ particula terre ſit ſimplr̃ grauis. qꝛ nõ q̄lꝫ tal' deſcendit in aere patet de illis paruis corporibus athomalib⁹ q̄ apparẽt ĩ aere ĩ radijs ſolarib⁹ p̄iectis p̄ aliquã feneſtrã. ¶ R̃ñdet̃ q̄ vtiq̄ p̄ticule tales apte nate ſunt dſcẽdere. ſꝫ q̄ nõ deſcẽdũt. ẽ p̄p̄ h̃ q̄ nõ ſufficiũt diuidere aerẽ ſub ſe exñtẽ p̄p̄ eoꝝ p̄uitatẽ. ⁊ iõ q̄ ibi retinẽtur. h̃ ẽ eis violẽtũ ¶ Sꝫ diceres imo q̄nq̄ aſcendunt in aere. R̃ndeo q̄ verũ ẽ. ſꝫ h̃ eſt p̄p̄ alterationẽ fcãꝫ ĩ eis p̄ calorẽ ſolis iducẽtẽ ĩ eis leuitatẽ ⁊ trahẽtẽ eas a ſimplicitate ⁊ nãlitate ſua. ¶ 3ᵃ cõclõ. nulla p̄ticula ignis ẽ leuis ſimplr̃ loq̃ndo de leui ſimplr̃ p̄ mõ dcõ. p̄bat̃ qꝛ q̄cũq̄ data maior ea ẽ leuior. ¶ 4ᵃ ↄclõ q̄libet p̄ticula ignis ẽ leuis ſimplr̃ 2° ⁊ tertio ⁊ qͣrto mõ. lꝫ ĩ p̄poſito dicat̃ eẽ leuis ſimplr̃ iuxͣ 4ᵐ modũ. p̄bat̃ p̄portionalr̃ ſic p̄bat̃ ↄclõ 2ᵃ de grauitate terre. Ex iſtis ↄclonib⁹ ſeq̃t̃ aliqḋ elꝫ eẽ graue ſimplr̃. ⁊ aliqḋ eẽ leue ſimplr̃. qḋ erat p⁹ p̄s q̄onis p̄poſite. ¶ 5ᵃ ↄclõ. aq̃ ⁊ aer nõ dñr graues nec leues ĩ reſpcũ p̄ mõ. p̄bat̃. qꝛ ſi ſic. tc̃ ĩ q̄lꝫ eoꝝ eẽt aliqs gradus leuitatis: ⁊ aliqs grad⁹ grauitati. ſꝫ h̃ ẽ ſſꝫ. p̄. nã tc̃ q̄lꝫ coꝝ poſſꝫ ſucceſſiue moueri ĩ vacuo. 2°. nã tc̃ eoꝝ nullũ eẽt elꝫ ſimplex nꝫ puꝝ. ex eo q̄ ſua q̄litas motiua ñ eẽt ſimplex. ¶ 6ᵃ ↄclõ tã aq̃ q̄ aer ẽ grauis ⁊ leuis ĩ reſpcũ 2° mõ. p̄bat̃ qꝛ aq̃ ĩ aliq̃ elo poſita aſcẽderet. ⁊ ĩ aliq̃ poſita deſcẽderet. ⁊ ſilr̃ ſic ẽ de aere. iõ q̄lꝫ coꝝ dr̃ graue ⁊ leue ĩ reſpectu ſcḋo mõ. ↄñia tꝫ. ex diſtictiõe 3ᵃ ⁊ 4ᵃ p̄mi articli. ſꝫ añs p̄bat̃. naꝫ tal' ẽ ordo entiũ nãliũ. q̄ grauiora appetũt eẽ ſub leuib⁹. ⁊ leuiora appetũt eẽ ſup grauiora. pꝫ h̃. nã alr̃ lignũ ñ aſcẽderet ĩ aq̃: nec oleũ ſilr̃. cui⁹ opp̄ᵐ videm⁹. Et iõ q̄ncũq̄ aq̃ h̃ret ſup ſe terrã imediatã ei vbicũq̄ eẽt. moueret̃ ⁊ aſcẽderet ſup eã. ſi nõ eẽt ĩpedimẽtũ. ſꝫ ſi aq̃ h̃ret ſub ſe ignẽ vel aerẽ vbicũq̄ eẽt. deſcẽderet ſi nõ ĩpediret̃. vt eẽt ſub eiſdẽ. idẽ pꝫ de aere. q̄ ſi h̃ret ſub ſe imediate ignẽ dſcẽderet vt eẽt ſub eo. ſꝫ ſi h̃ret ſup ſe imediate aquã vel terrã aſcẽderet. ſi non ĩpediret̃. tãdiu q̄ eẽt ſup eã. ſic ḡ pꝫ: q̄ aq̃ ĩ aliq̃ elo. aſcẽderet. ⁊ in aliq̃ deſcẽderet. ⁊ aer ſilr̃. Ex q̄ ↄcludit̃ aerẽ ⁊ aq̃ eẽ grauia

ꝛ leuia in reſpectu:ex quo vlterius concluditur aliquod eſſe
el'm graue ꝛ leue i reſpcū.qḋ erat ſcḋa ps q̄ōnis ꝑpoſite.vn̄
de grauib⁹ ꝛ leuib⁹ i reſpcū.ſic̄ ſunt aer ꝛ aq̄ imaginatū eſt.n̄
ꝙ in eis ſit grauitas ↄmixta leuitati.ſꝫ.ꝙ i eis ē vna q̄litas
ſimplex motiua q̄ facit ea.dſcēdere qn̄ ſub eis ē aliqḋ leui⁹.
ꝛ eadē q̄litas fac̄ ea aſcēdere qn̄ ſup ea ē aliqḋ graui⁹. ⁋ 7ª
ↄclo.graue ꝛ leue in reſpcū pōt vbiq̄ꝫ aſcēdere nāliter.ꝛ vbi
q̄ꝫ dſcēdere nālr̄.ꝓbat̄.nā vbicūq̄ꝫ eēt aq̄ dū tn̄ ſub ipa ime
diate eēt aer.ipa deſcēderet.ꝛ ſilr̄ vbicūq̄ꝫ eēt aq̄.dū tn̄ ſup
ipaꝫ eēt terra.ipa apta nata eēt aſcēdere:ꝛ aſcēderet nāliter
ſi nō ipediret̄:q2 ſic̄ dictū ē:ſꝑ min⁹ graue appetit eē ſup ma
gis graue.mō terra ē grauioꝛ q̄ꝫ ſit aq̄.alr̄.n.nō deſcēderet i
aqua.Ex iſto pꝫ dr̄ia īter graue ſimplr̄.ꝛ graue in reſpectu.ꝛ
leue ſimplr̄.ꝛ leue i reſpectu.q2 graue ſimplr̄.nullibi aſcēde
ret nāliter.ꝛ leue ſimplr̄ nullibi deſcēderet nāliter.ſꝫ graue
ꝛ leue in reſpectu vbiq̄ꝫ pn̄t aſcēdere.ꝛ vbiq̄ꝫ pn̄t deſcēdere
nālr̄. ⁋ Sꝫ dubitat̄ iux̄ hoc p̄mo.nā dicit Ariſto.4.hui⁹ ꝙ
aer deſcēdit violēte i elo ignis. ⁋ Scḋo dubitat̄.naꝫ iuxta
dicta videret̄ ſeq̄ ꝙ aqua nō dƀeret dici magis grauis aere.
q2 ſic̄ vbiq̄ꝫ aer pōt nāliter aſcēdere vel deſcēdere.ita ꝛ aq̄
cū vtrūq̄ꝫ ſit graue ꝛ leue in reſpcū. ⁋ Tertio.ſi graue ꝛ le
ue i reſpcū ſic̄ aqua ꝛ aer.poſſent vbiq̄ꝫ nāliter aſcendere.ꝛ
vbiq̄ꝫ nāliter deſcēdere:tūc idē mobile ſimplex poſſet mo
ueri nāliter motib⁹ ↄ̄ꝛys.cui⁹ oppoſitū demonſtratū vel de
terminatū eſt ꝑ hui⁹. ⁋ Ad iſta rn̄det̄.Ad p̄mū dicēduꝫ eſt
ꝙ dictū Ari.dꝫ itelligi ꝙ aer violēte aſcēderet in ſpa ignis.
qn̄ ibi eēt ignis.cū hoc tn̄ ſtat ꝙ aer aſcēderet ibi nāliter.vl̄
ſaltē apt⁹ nat⁹ eēt ibi aſcēdere.ſi in ſpa ignis eēt aliqḋ corp⁹
graui⁹ aere.ꝑpter nālē ordinē grauiū ꝛ leuiū. ⁋ Ad 2ᵐ di
co.ꝙ aqua vtiq̄ꝫ ē grauioꝛ aere.ſꝫ nō ꝑpter h̄ ꝙ aqua deſcē
deret alicubi nālr̄ vbi aer nō poſſet deſcēdere caſu ad volū
tatē poſito.ſꝫ iō aqua dr̄ grauioꝛ aere.q2 aqua apta nata eſt
deſcēdere in aere.ꝛ eē ſub aere.aer aūt nō apt⁹ nat⁹ eſt deſcē
dere i aqua. ⁋ Ad tertiā nego.ꝙ illi mot⁹ eēnt ↄ̄ꝛij.licꝫ poſ
ſint eē a terminis ↄ̄ꝛys ad terminos ↄ̄ꝛios.vn̄ dico ꝙ h̄ non
ſufficit ad ↄ̄ꝛietatē motuū.ſꝫ cū hoc req̄rit̄ ꝙ tales mot⁹ fie
rent ꝑ ↄſilia media in grauitate vel in leuitate. ⁋ 8ª ↄclo.ſi
aliqd aſcēdit nāliter.ſaltē i medio plēo.aliqd deſcēdit nāli
ter.ꝛ ſilr̄ ſi aliqd deſcēdit nāliter.aliqd aſcēdit nāliter.patꝫ.
nā ſi ignis aſcēdit nāliter i aere.aer q̄ ē ſup ipm deſcēdit nā
liter:cū graui⁹ appetat eē ſub leuiori.ſilr̄ ſi terra deſcēdit nā
liter per aerē.tunc aer qui eſt leuioꝛ terra aſcēdit naturalr̄.
q2 vult grauius eſſe ſub ipſo.

**Ad rōnes** p̄ma bene ꝓbat ꝙ terra n̄ ē grauis ſimplr̄ ꝑ mō.nec ēt ignis eſt leuis ſimplr̄ ꝑ°.ſic̄ pꝫ
ex ↄclonib⁹ poſitis.cū q̄ tn̄ bn̄ ſtat ꝙ terra eſt ſimplr̄ grauis
ſcḋo.ꝛ tertio.ꝛ q̄rto modis.ꝛ ignis ſimiliter ē leuis ſimplr̄
ſcḋo ꝛ tertio ꝛ q̄rto modis. ⁋ Ad ſcḋaꝫ nego ꝙ aq̄ vl̄ aer ſit
grauis vel leuis ſimplr̄.Et qn̄ dicebat̄ vnū doliū aq̄ i aere ē
graui⁹ q̄ꝫ vn⁹ pugillus terre.bn̄ ↄcedo.ſꝫ non ꝑpter hoc ſeq̄t̄
ꝙ vnū doliū aq̄ ſit grauius vno pugillo terre ſimplr̄.nā nō
ſeq̄t̄ ē graui⁹ i aere.ergo eſt graui⁹.nā grauitates ꝛ leuitates
ſimplr̄ ſic̄ pꝫ ex ꝑ articulo.cōparant̄ īter ela q̄ꝫtū ad motuꝫ
vni⁹ eli in altero.q̄cq̄d.n.aſcēderet in aere dr̄ leui⁹ aere.ꝛ q̄c
qd deſcēderet i aq̄ dr̄ graui⁹ aq̄. ⁋ Ad ↄfirmationē bn̄ ↄce
do ꝙ ſꝫ vnā acceptōeꝫ grauis ſimplr̄ aq̄ diceret̄ grauis ſim
pliciter.ꝛ aer ſilr̄.ſ.put illō diceret̄ graue ſimplr̄ de cuius ꝑ
noīe demr̄ante v̄ificat̄ ly graue ſimplr̄ abſq̄ꝫ addito.verūtn̄
nec aq̄ nec aer dr̄ graue ſimplr̄.put graue ſimplr̄ dr̄ qḋ i q̄cū
q̄ꝫ elo alio ab ipo dſcēderet.quō graue ſimplr̄ accipit̄ i ꝓpo
ſito. Alia rō bn̄ ꝓbat ꝙ nec aqua nec aer dr̄ grauis i reſpe
ctu.put graue i reſpectu dr̄ cui⁹ grauitati aliqd̄ de leuitate ē
cōmixtū.cū h̄ tn̄ ſtat ꝙ tā aqua q̄ꝫ aer dicit̄ grauis in reſpe
ctu.put graue in reſpectu dr̄ ꝙ in elo leuiori eo deſcēdit.ꝛ i
elo grauiore eo aſcēdit.put ex ↄ̄nib⁹ an̄poſitis pōt appere.
⁋ Et in aere multo magis quāto magis diuiſibi
lis aq̄eſt.ꝛc̄. Quarto celi.Textu ↄmēti vltimi.

Queſtio. II.

**Secundū** ꝑpoſitoꝝ erat.vtꝝ q̄ōlibet corp⁹ qḋ ē alio graui⁹ i aere
ſit eodē graui⁹ i aq̄.ꝛ ar.ꝑ ꝙ ſic.nā ſi nō.ſit g̃
a graui⁹.b.i aere.ꝛ.b.ecōuerſo.ſit graui⁹ ipo
a.i aq̄.ſeq̄t̄ ꝙ n̄ pōt ſciri qḋ i rei v̄itate ſit alio
eoꝝ graui⁹.nā ſi tu dicas ꝙ a.eſt graui⁹ b.ex
eo ꝙ.a.deſcēdit velocius in aere q̄ꝫ.b.ego dicā ꝙ.b.eſt gra
uius a.q2 veloci⁹ deſcēdit in aqua q̄ꝫ.a.

**Oppoſitum** arguit̄.nam vnū magnū lignuꝫ.paruo plūbo in aere ē graui⁹.q2 veloci⁹ i aere
deſcēdit q̄ꝫ paruū plumbū.ꝛ tamē in aqua idē paruū plum
bum eſt grauius illo magno ligno.qḋ patet.q2 illud paruꝫ
plumbum deſcendit vſq̄ꝫ ad profundū aque.ꝛ lignum non.
⁋ Juxta iſtam queſtionem.primo volo ponere conclu
ſiones circa queſitum.ſecūdo iuxta hoc volo ponere quoſ
dam modos:quibus poſſumus inuenire ſine pōderatione
ꝑpoꝛtionem corpoꝝ grauiū ꝛ leuiū adinuiceꝫ.in grauitate
diuerſaꝝ grauitatum ſꝫm ſpecieꝫ.

**Quantum** Ad p̄mū ſit p̄ma ↄclo.nō q̄ōlꝫ corp⁹ qḋ ē graui⁹ alio in aere eſt eodē graui⁹ in aqua.
pꝫ de magno ligno ꝛ paruo plūbo.ſicut arguit̄ poſt oppoſi
tum. ⁋ 2ª ↄclo.nō q̄ōlibꝫ corp⁹ eſt eq̄ graue in aere ꝛ in aq̄.
pꝫ.de ligno qḋ in aere deſcendit vſq̄ꝫ ad ꝑfundum aeris.ꝛ in
aqua non.qḋ nō eſſet niſi in aere eſſet grauius.ꝛ in aqua mi
nus graue. ⁋ Tertia ↄclo.nō q̄ōlibꝫ corpus eſt eq̄ graue in
aqua ꝛ in oleo.patet de ligno ꝙ non ita profunde deſcendit
in aqua ſicut in oleo.Ex quo vlterius ſequitur.quarta con
cluſio.nō q̄ōlibet corpus qḋ eſt grauius alio in aqua eſt gra
uius eodem in oleo ꝛ ecōuerſo.ꝛ non ſolū iſtud verū eſt de
aqua ꝛ oleo.ſed de omnibus corpoꝛibus diuerſarum graui
tatum ſecundum ſpeciem.

**Quātuꝫ** ad 2ᵐ.ſupponēduꝫ eſt ꝑ.q̄ dicant̄ eq̄lr̄ grauia ſꝫ ſpēꝫ.ꝛ q̄ ineq̄lr̄.vn̄ illa dn̄r eq̄lr̄ grauia ſꝫm
ſpēꝫ q̄ ſic ſe h̄nt ꝙ eq̄les portiōes eoꝝ in magnitudine eq̄lr̄
pōderāt.illa v̄o dn̄r inequalr̄ grauia ſꝫm ſpēꝫ q̄ ſic ſe h̄nt:ꝙ
portiōes eoꝝ eq̄les in magnitudine iequalr̄ pōderāt.vn̄ ſi
capiāt̄ due portōes vna ligni ꝛ tāta plūbi portio plūbi plus
pōderat. ⁋ Tūc ſit ꝑª ↄclo.datis duob⁹ corꝑib⁹ ſolidis.an
ſint eiuſdē grauitatis in ſpē vel diuerſaꝝ.ꝛ ꝙ eoꝝ ſit gra
uius poſē eſt ſine pōderatiōe in eq̄libꝛa iuenire.nā ſint illa
duo corpoꝛa a.ꝛ b.ꝛ capiātur d a.ꝛ b.portōes eq̄les i magni
tudine.ſi a.ꝛ b.ſint iequalia i magnitudine ꝛ dimittūtur il
le portiones cadere in eādem aquā.tunc ſi eque velociter
deſcēdunt in ꝑfundū aque.vel tāta ps de vna q̄ꝫta de alia
dic ꝙ dicta corꝑa ſūt equalis grauitatis i ſpecie.ſi autem n̄
eque velociter deſcēdūt vſq̄ꝫ ad ꝑfūdū.vel plus de vna il
laꝝ portionū ſubmergitur i aqua ꝛ minus de alia.dic ꝙ il
lud ē grauius ſꝫm ſpeciē.cuius portio veloci⁹ deſcēdit.vel
cuius portionis ſubmergitur plus i aqua.fundamētū iſti⁹
poſitū ē i ꝑcedēte q̄ōne. ⁋ 2ª ↄclo datis duob⁹ corꝑib⁹ ſo
lidis diuerſaꝝ grauitatū in ſpē.ambob⁹ tn̄ ſuꝑnatātib⁹ in
aqua ſꝫ aliquas ſui ꝑtes.nō ſolū ſine pōderatiōe in eq̄libꝛa
ↄtigit iuenire ꝙ illoꝝ ſit graui⁹.ſꝫ ēt ꝑpoꝛtionē i qua alteꝝ
ē altero graui⁹.ꝛ h̄ pt̄ iueniri ſic.nā ſint duo talia corꝑa duo
ligna diuerſaꝝ ſpēꝝ.ꝛ diuerſaꝝ grauitatū i ſpē.capiant̄ de
eis due portiōes eq̄les.ꝛ q̄libet illaꝝ diuidat̄ i lat⁹ in aliq̄t
ꝑtes eq̄les.vbi gr̄a.i.iꝫ.q̄ ꝑtes vocent̄ pūcta.q̄ ſcḋō dimittā
tur cadere i aquā.ꝛ videat̄ de quo plura pūcta ſubmergunt̄
ꝛ de q̄ pauciora.ꝛ vlteri⁹ videat̄ quot pūcta ſubmergunt̄ de
vno.ꝛ q̄t de alio.ꝛ ſꝫ h̄ indicet̄ ꝑpoꝛtio eoꝝ adiuicē in gra
uitate vbi gr̄a.ſit ꝙ vni⁹ ſubmergant̄ duo pūcta.ꝛ alteri⁹ q̄
tuoꝛ.tūc dic ꝙ illud cui⁹ q̄tuoꝛ pūcta ſubmergunt̄ eſt i du
plo graui⁹ ſꝫ ſpēꝫ q̄ꝫ illud cui⁹ ſolū.duo pūcta ſubmergunt̄.
⁋ 3ª ↄclo.datis duob⁹ corꝑibus liq̄dis diuerſaꝝ grauitatū

adinuicē ſm ſpēz ē poſſe ſine pōdere inuenire qḋ illoꝝ ſit grauius. nam ſint duo talia aqua ⁊ oleum. ⁊ dimittatur vnū lignum in aquā primo. ⁊ deinde in oleū. ſi de illo ligno minus ſubmergit in aq̄. ⁊ magis in oleo. dic ꝙ aq̄ eſt grauior ⁊ oleū eſt leui⁹. pz. nam ſemꝑ idē graue in leuiori ꝓfundius deſcendit q̄ʒ in grauiori. ℂ Quarta ↄclo. datis duob⁹ corporib⁹ liquidis diuerſaꝝ grauitatum in ſpē: poſſe eſt ſine pōdere inuenire non ſolū qḋ eoꝝ ſit altero graui⁹. ſed ēt in qua ꝓportiōe alterū eſt altero grauius. nā ſint duo talia corpora liqda aq̄ ⁊ oleū. ⁊ capiat̄ vnū lignū qḋ dicto mō ſit diuiſuʒ in. 12. partes eq̄les: ⁊ dimittat̄ illud ṗmo in vnū eoꝝ. verbi grā in aquā. ⁊ videat̄ quot de illis partib⁹ ſubmergant̄ in aqua. ⁊ ſit verbi grā. ꝙ q̄ttuor ei⁹ pūcta. ⁊ deīde dimittat̄ in oleuʒ. ⁊ videatur quot pūcta eius ſubmergant̄ in oleo. ⁊ ſint verbi gratia tria. hoc ↄſiderato dic ꝙ in illa ꝓportiōe aq̄ eſt grauior oleo ſm ſpēm. in qua numer⁹ punctoꝝ illi⁹ corporis ſubmerſoꝝ in aqua ſe hʒ ad numerū punctoꝝ eiuſdeʒ corporis ſubmerſoꝝ in oleo. ⁊ q: ꝓportio illoꝝ numeroꝝ adinuicē eſt ſexquitertia. q: 4. ad tria. dic ꝙ aqua ī ſexqtertia ꝓportione ē grauior ſm ſpēz q̄ʒ ſit oleū. ℂ Quinta ↄclo. datis duob⁹ corporib⁹. vno ſolido. ⁊ altero liqdo. poſſibile eſt ſine pōdere inuenire an ſint eq̄ grauia ſm ſpēm: vel vnū eoꝝ ſit altero grauius ſm ſpēm nā ſit corp⁹ liquidū aqua. ⁊ corp⁹ ſolidū ſit plūbum vel lignū. vel aliqd hᷓ. ⁊ dimittatur illud in aquā. tūc ſi deſcēdit in aqua vſq̄ʒ ad ꝓfundū: dic ꝙ eſt graui⁹ aqua ſʒ ſpeciem. ſi aūt deſcēdit vſq̄ʒ quo ſupficies eius ſuperior fiat eq̄ alta cum ſupficie ſupiori aque. dic ꝙ illud corpus ſolidum ⁊ aqua ſunt eq̄ grauia ſcḋm ſpeciē. ſi autē ſecundū aliquas ei⁹ partes deſcendit in aquā. ⁊ ſcḋm aliquas ſupnatat: dic ꝙ eſt leuius aq̄ ſm ſpēm. ſicut eſt lignū. ℂ Sexta ↄcluſio: datis duob⁹ corporib⁹. vno ſolido ⁊ altero liqdo diuerſarum ſpēꝝ in grauitate. corpore tñ ſolido natante in liqdo. ⁊ nō deſcēdente ad ꝓfundū: poſſe eſt inuenire in qua ꝓportiōe vnū illoꝝ ſit alio graui⁹ ſm ſpēʒ. nā ſit corp⁹ liqdū aq̄. ⁊ corpus ſolidū ſit vnū lignū. ⁊ diuidat̄ illud lignū dicto modo. ī 12. portiones eq̄les. quo facto dimittat̄ in aquaʒ. ⁊ videat̄ quot ei⁹ pūcta ſubmergant̄ in aqua. ⁊ ſint verbi grā. q̄ttuor quo facto videat̄ in qua ꝓportione total̄ numerus punctoꝝ duodeci habeat ſe ad numeꝝ punctoꝝ ſubmerſoꝝ in aq̄. ſ. ad q̄tuor dic ꝙ in ea. ſ. tripla ꝓportiōe illud liqdū eſt graui⁹ ſm ſpēm illo ſolido. pz. nā ſi illud lignū ſm oīa ei⁹ pūcta deſcenderet in aquā vſq̄ʒ q̄ ei⁹ ſupficies ſupior fieret eq̄ alta cū ſupficie aq̄ ſupiori. eēt ꝑciſe eque. graue cū aqua. iō in quātō min⁹ de ligno deſcēdit in aquā. in tāto aq̄ eſt grauior ligno. iō ſi medietas illi⁹ ligni. ſ. ſex pūcta dſcēderet in aquā. aqua eſſet ꝑciſe in duplo grauior. ſed ſi min⁹ q̄ʒ medietas. ſ. tertia. vt puta q̄tuor pūcta. aq̄ eſſet in triplo grauior. q̄lis eſt ꝓportio. 12. ad q̄ttuor. ſic ḡ poſite ſunt ſex ↄcl̄ones. ⁊ int̄ ṗmas duas ↄferunt̄ ſolida ad ſolida. ſm ſequētes duas cōferunt̄ liqda ad liqda. ſm vltimas duas ſolida ad liqda. ℂ Tunc rūdeatur ad rōnē ante oppoſitū. Qñ dicebat̄ ſi ſic. tūc ſi poſſet ſciri qḋ illoꝝ ſʒ rei vitatē eēt graui⁹ ſm ſpēʒ. dico ꝙ imo. nā illḋ ī rei vitate ē graui⁹ ſʒ ſpēʒ. qḋ ē graui⁹ ī grauiōi. puta ī aq̄ ſic eſt plūbū. ſic pz ex iā dictis in q̄ōne. et in q̄ōne ꝑcedēte.

ℂ De graui autem ⁊ leui quid eſt vtrunq̄ʒ ⁊ q̄ natura ipſoꝝ cōſiderādū ⁊c̄. Quarto celi. Textu ↄmenti primi.

## Queſtio III.

Tertium ꝓpoſitoꝝ erat. vtꝝ aliqḋ elʒ ī ſuo ꝓprio loco ſit graue. ⁊ videtur ṗmo ꝙ ſic: q: veſica repleta aere plus trahit in eq̄libra q̄ʒ ſi non eēt repleta. qḋ nō eſſet niſi aer in ſuo ꝓprio loco eēt grauis. ℂ Scḋo aliqd eſt aere exiſtente in ſuo ꝓprio loco graui⁹. iō aer in ſuo ꝓprio loco grauis eſt. ↄñā tenet. ex eo ꝙ in vtroq̄ʒ cōparatorū debet reperiri forma ſeu qualitas ſʒ quā cōparant̄ adinuicē. ℂ Tertio ſi aer eēt in ſpera ignis deſcēderet ad ſuuʒ locū ꝓpriū per ſuā grauitatē quā tamē grauitatē nō amitteret. ſʒ retineret ipo exiſtente in ſuo ꝓprio loco. ergo aer in ſuo ꝓprio loco eſt grauis. ℂ Quarto ad idē. nā dic̄ ↄmētator ↄmēto. 38. q̄rti huius. ꝙ ſi auferat̄ aq̄ q̄ ē ſub aere. aer deſcēdit ad replendū locū aq̄ ſine difficultate ⁊ violentia. tñ ſi auferret̄ aliq̄ pars aeris ſup aquā. aq̄ nō aſcēderet niſi cū q̄dā violētia ꝑ replēdo locū aeris. Silr̄ ſi aliq̄ pars ignis in ſpa ſua ꝓpria exñs ſubter aerē auferret̄. aer nō aſcēderet ad replēdū locū illū niſi cū quadā violētia. iſtḋ videt̄ eē ſignū ꝙ tā aer q̄ʒ aq̄ ſūt grauia in ſuis locis. ⁊ nō leuia. ℂ 5° terra in ꝓprio ſuo loco ē grauis adhuc grauitate actuali. ḡ qḋ va. ↄñā tʒ de ſe. añs ꝓbatur. nā ſi aliqs niteret̄ eleuare aliquā partē terre adhuc ipa exñte in ſuo loco ipa reſiſteret eleuāti. ſed nō niſi ꝑ grauitatē. ḡ ⁊c̄. ℂ 6°. nā ptes īferiores terre ſūt ſolidiores q̄ʒ ſupiores. qḋ nō vr̄ eē niſi ex eo ꝙ ſupiores eas ↄpmūt. ſʒ talis ↄpſſio ē vtute grauitatis. ḡ ⁊c̄. ℂ 7° ignis vbicūq̄ʒ ſit. eſt calid⁹ actualr̄. ḡ vr̄ ꝙ ēt vbicūq̄ʒ ſit. ſit leuis actualr̄. ⁊ ꝑ ↄñs ī ſuo loco ē leuis. ⁊ pari rōe terra ī ſuo loco ꝓpō ē grauis. ℂ 8° arḡ de aq̄. nā ſi fiat foramē ī terra aq̄ dſcēdit ī terrā. nō obſtāte ꝙ aq̄ exiſtit ī ſuo loco ꝓpō. ſʒ h̄ nō vr̄ eē niſi ꝑ grauitatē.

Oppoſitum arguit̄. nā ſi aliq̄ elm̄ eēt graue in ſuo ꝓpō loco. h̄ nō magis videret̄ de vno eloꝝ grauiū q̄ʒ de alio. neq̄ʒ min⁹. ⁊ iō ſi aliqḋ elʒ eēt graue ī ſuo loco ꝓpō. aq̄ eēt grauis ī ſuo loco ꝓpō. ſʒ h̄ ē falſū. nā ſi eēt grauis ī ſuo loco ꝓprio. tūc ille. ḡ hr̄et ſupra ſe cētū vel 1000. dolia aq̄. ipe hñ dberet ſētire grauedinē ei⁹: ſʒ tñ ipe nō ſētit. pz h̄ de nautis. q̄ꝝ aliq aliqñ dſcēdūt vſq̄ʒ ad fūdū maris. ⁊ tūc hñt ſup ſe pluſq̄ʒ cētū dolia aq̄. ⁊ tñ nullā ei⁹ grauedinē ſentiūt. Silr̄ ſi aer in ſuo loco eēt grauis. vtiq̄ʒ deberemus illā grauitatē ꝑcipe. cū multū de aere exiſtat ſup nos. ℂ 2° ar. auc̄te archimēidis ī li° ſuo d pōderib⁹. vbi dic̄ nullū cōp⁹ ī ſe ipo graue eē. vñ nec aq̄ ī aq̄. nec oleū ī oleo ē graue.

Pro rñdendo ad iſtā q̄ōnē pono ṗ° vnā diſtīctionē. ⁊ ē iſta. ꝙ duplr̄ pōt capi grauitas. Uno mō ꝑ diſpōne q̄dā hītuali ⁊ potētiali ↄñte formaʒ grauis. ſiue actualr̄ īclinet ad motū. ſiue nō. ⁊ illa vocat̄ grauitas habitual̄ ſeu potētial̄. Alio mō accipit̄ grauitas ꝑ tali diſpōne actualr̄ īclināte ad motū. ⁊ illa vocat̄ grauitas actualis. Cōſimilis diſtictio pōt poni de leuitate.

Tunc ſit ṗma ↄclo. vbicūq̄ʒ ſit elm̄ graue ipm̄ hʒ grauitatē hītualē. ꝓbat̄. nā tal̄ grauitas eſt q̄litas q̄dā ↄñs formā ſbalē ipi⁹ grauis: nec pōt tolli nec auferri niſi ꝑ corruptionē forme ſubalis. et nō ꝑ ſolū motū localeʒ. ℂ 2ª ↄclo. elʒ graue in ſuo ꝓprio loco hʒ grauitatē hītualē. ꝓbat̄ ṗ ꝑ ꝑcedētē ↄclōnē. ſcḋo. nā ꝑ eādē q̄litatē ꝑ quā elʒ mouet̄ ad ſuū locū ꝓpriū cū fuerit ex ipʒ: q̄eſcet nālr̄ ī ſuo ꝓprio loco cū fuerit in ipo. ſʒ h̄ eſt grauitas q̄ʒtū ad ela grauia. Nā ipa ꝑ ſuā grauitatē mouent̄ nālr̄ ad ſua loca nālia. ⁊ ipa cuʒ ꝑueniūt ad ſua loca nālia ꝑ eādē grauitatē q̄eſcūt in ipis. Et ſic eadē grauitas q̄ aliqñ dr̄ actual̄. ſic qñ actualr̄ īclinat ad motū deorſū. Aliqñ dr̄ hītualis ⁊ potētialis ſic qñ nō actualiter īclinat ad motū. ℂ Cōſilr̄ pñt poni due ↄclōnes d elis leuib⁹. ℂ 3ª ↄclo nullū elʒ ī ſuo loco ꝓprio hʒ grauitateʒ actualē. ꝓbat̄. q: nullū elʒ exñs ī ſuo loco ꝓprio īclinat̄ actualiter ad motū dorſū. ḡ nullū elm̄ ī ſuo loco ꝓprio hʒ grauitatē actualē. ↄñā tʒ ex qd noīs grauitatis actual̄. añs pz. ad experiētiā. Sic ſili mō diceret̄ de leuitate reſpcū eloꝝ leuiū. ℂ Sʒ cōtra. iſtā ↄclōnē dubitat̄ ṗmo. nā poſito ꝙ aqua ſit in loco ſuo ꝓprio ⁊ dimittat̄ aliqua magna ps terre in ipaʒ. tūc illa aqua nālr̄ aſcēdit ſupra ipſā terrā. cū min⁹ graue appetat eē ſup magis graue. qḋ nō dr̄ eē niſi ꝑ eādē q̄litatē per quā aqua deſcēderet ad ſuū locū ꝓpriū. ſi eēt extra ipſum. Sʒ h̄ eſſet grauitas actualis per quā deſcenderet. ergo videtur ꝙ hec etiā ſit grauitas actualis per quā aſcendit

ſuper terrã.non obſtante ꝙ ipſa aqua ſit in ſuo loco ſibi proprio.ergo videt ꝙ aqua in ſuo loco ꝓprio habet grauitatez actualē.ex q̃ hꝫ grauitatē actualr̃ iclinātē ad motũ.Scđo ſi ſup aerem auferret aliqua ps ignis.ipe aſcēderet. ne fieret vacuũ.⁊ nõ niſi per leuitatē actualē.ergo aer in ſua ꝓpria regione videt hr̃e leuitatē actualē.¶ Ad pͥmũ iſtoꝝ cõcedo. ꝙ per eãdē qualitatē per quã aqua dſcēderet nãliter ad ſuũ locũ propriũ ſi eſſet ex ipꝫ etiã aſcēdit ſuper terrã dimiſſam in eã.vnde nõ eſt imaginãdũ ꝙ in aqua ſit vna q̃litas.ſ. grauitas ꝑ quã dſcēdit ifra aerē. ⁊ vna alia q̃ ſit leuitas per quã aſcēdit ſup terrã.nam tũc aqua nõ eēt elm̃ ſimplex. verũ eſt tamē.ꝙ illa eadē qualitas vocat grauitas cuꝫ iclinat ad deſcenſum. vel getē deorſũ.Sed vocat leuitas cuꝫ iclinat ad motũ ſurſuꝫ.vel getē ſurſuꝫ.Tũc ad ꝓpoſitũ dico.ꝙ quãdo aqua exñs in ſua ꝓpria regione aſcēdit ſuper terrã dimiſſaꝫ in ipam.hoc nõ eſt per grauitatē actualē.licet hoc ſit per eãdem qualitatē q̃ aliqñ dicit grauitas actualis: ſicut quãdo actualr̃ iclinat ad motũ deorſũ.⁊ nõ ad motũ ſurſuꝫ.¶ Sꝫ diceres.ad min⁹ q̃ aqua i ſua ꝓpria regiõe eſt actualr̃ leuis. Nã terra miſſa in ipam exiſtenteꝫ in ſua ꝓpria regione:ipſa aſcēdit ſuper terrã grauiorē ea.qđ nõ videt eē niſi ꝑ leuitatem actualē.¶ Ad iſtud dico ꝙ ita cito ꝙ ponit terra imediate ſup aquã:ipſa aqua deſinit eſſe nãliter locata.ex eo ꝙ ipa exñs min⁹ grauis eſt ſituata imediate ſub exñte magis graui.¶ Et ideo cõcedo ꝙ tũc aqua per ſuã leuitatē actualem aſcēdit ſuper terrã.nec ꝓpter hoc poteſt concludi eã in ſuo loco ꝓprio eſſe actualr̃ leuē.¶ Nam tũc non eſt in loco ſibi ꝓprio et nãli.¶ Ad ſcđam dico ꝙ ſi ſup aerem amoueret aliqua pars ignis.⁊ latera ignis nõ cõfluerent. vtiq̃ aer aſcēderet ne fieret vacuũ.⁊ quando dicebat.ergo aer in ſua ꝓpria regiõe haberet leuitatē actualem ꝯcedo. Et quando dicebat oppoſitũ dicit ꝯcluſio. reſpondetur ꝙ cõcluſio dꝫ itelligi ⁊ modificari.ꝙ elemēta grauia ⁊ leuia i ſuis locis ꝓprijs non hñt grauitateꝫ actualeꝫ nec leuitatem actualem. ⁊ hoc rebus nãlibus dimiſſis in ſua naturalitate.Sed quãdo ſuper aerē amoueret aliqua pars ignis.aliqua fieret violentia in reb⁹ naturalib⁹.ergo ⁊c. Uel aliter.⁊ concordat ſolutioni prime dubitationis. quando dicebat. ſi amoueret. ſuper aerē aliqua pars ignis ⁊c.cõcedo ꝙ aer mouetur ſurſum per leuitatē actualeꝫ. Et quando dicebat. ergo aer in ſuo loco ꝓprio ⁊ naturali haberet leuitatē actualē.nego. nã dico ꝙ tunc aer nõ eēt in ſuo loco nãli.ex eo ꝙ ad aerē naturaliter eſſe locatũ reqritur ipſuꝫ ſecundũ eius ſupꝑficiem cõuexam eſſe imediatum igni.Sed ſi aliqua pars ignis ſuperius amoueret:aer deſineret eſſe imediatus igni.⁊ per cõſequēs deſineret eſſe nãliter locatus.iđ nõ eſt mirũ: ſi ꝑ ſuã leuitatē exiret in actũ aſcēdendi ſeu mouēdi ſurſum.

Ad rationes ꝑncipales. Ad primã dico ꝙ ſi aer exiſtens in veſica cũ veſica plus põderat in aere q̃ꝫ veſica ſoluꝫ.hoc eſt ꝓpter h̃ ꝙ aer in veſica eſt aliqualiter cõdēpſatus ⁊ cõpreſſus ⁊ factus grauior q̃ꝫ aer exterior:qꝛ grauī⁹ in min⁹ graui deſcēdit.ergo ⁊c. ¶ Ad ſcđaꝫ dico ꝙ quãdo eſt exiſtēs aliqđ lignũ in aere.tũc iſte aer ſub ligno exiſtēs nõ eſt naturalr̃ locatus.ex eo ꝙ iſte aer qui eſt minus grauis eſt ſub ligno magis graui.⁊ propter hoc tũc lignũ deſcēdit.⁊ aer aſcēdit.nec ꝓpter hoc cõcedi põt elemētuꝫ in ſuo loco nãli eſſe actualr̃ graue vel leue ⁊c.¶ Ad tertiam.illa bñ ꝓbat ꝙ aer in ſuo loco nãli hꝫ grauitatē vel leuitatē habitualē.non tñ actualē.¶ Ad quartã quãdo dicit ꝯmentator.ꝙ ſi ifra aereꝫ amoueatur aqua.ipe aer nãliter deſcēdit. ſed ſi ſup aerē amoueatur ignis. ipe aer aſcēdit cũ violētia.dico ꝙ hoc itellexit ſic.et ſi itellexit ſicut verba ſonant ipe male dixit. Pro quo ſupponendũ.ꝙ latera ignis abinuicē diuiſa facili⁹ ⁊ citius cõfluunt q̃ꝫ latera aq̃ abinuiceꝫ diuiſa.Silr̃ ſic eſt de laterib⁹ aeris abinuicē diuiſis.ꝙ etiã facilius ⁊ citi⁹ ꝯfluunt q̃ꝫ latera aque abinuicē diuiſa.Silr̃ latera aq̃ abinuicē diuiſa facili⁹ ⁊ citius. cõfluunt adinuicē q̃ꝫ latera terre.⁊ hoc ꝓpter groſſitiē ⁊ ſoliditatē terre. ¶ Tũc ad ꝓpoſitũ dico.ꝙ ſi ifra aerē amoueatur aliqua ps aq̃. aer nãliter deſcēdit ad replendũ locũ. ⁊ valde cito. ⁊ hoc eſt iđ ne fiat vacuũ.⁊ ꝙ latera aq̃ abinuicē diuiſa non ita cito pñt cõfluere ſicut aer põt deſcēdere ⁊ illũ locũ replere.Sed ſi ſup aerē amoueretur aliqua ps ignis.nõ ita cito aer aſcenderet. qꝛ citi⁹ ille loc⁹ repleret. Iteꝝ ſic eſt de igne reſpcũ aeris ꝑ fluxuꝫ lateꝝ ignis adiuicē. q ignis citi⁹ poſſet hoc facere q̃ꝫ aer.Sic ſiliť mõ eſt de aqua reſpcũ terre ⁊ aeris. Naꝫ ſi aliq̃ pars terre ifra aquã moueat: ſtatĩ aqua deſcēdit ad replendum iſtũ locũ.ꝓpter hoc ꝙ latera ipſi⁹ terre nõ poſſent ita cito ꝯfluere ad replendũ iſtũ locũ:Sꝫ ſi ſup aquã amoueat aliq̃ ps aeris.nõ ꝓpter h̃ aqua aſcēderet. Nã ſtatĩ latera aeris remanētis ꝯfluũt ad replendũ iſtũ locũ: ⁊ citius q̃ꝫ faceret aqua aſcēdens.¶ Ad qntã.nego añs.⁊ qñ dicebat ſi aliqs vellet eleuare aliquã partē terre d loco ſuo ipa reſiſteret cõcedo.qꝛ ita cito ſicut aliqs vellet violentare terrã.illa grauitas terre que pri⁹ dicebat habitualis ſolũ. exiret in actuꝫ reſiſtēdi eleuãti.⁊ tũc diceret grauitas actual. ⁊ ideo bñ cõcedo.qđ graue in ſuo loco nãli.cuꝫ violentaret haberet grauitatem actualē. Nã grauitas non ex hoc ſolo dicit actual. qꝛ actualr̃ iclinet ad motum deorſum.ſed etiam ex eo ꝙ reſiſtit ⁊ nititur ꝯ violentãs. ⁊ iuxta hoc cõcedendũ eſt ꝙ graue ꝓhibitũ ⁊ detentũ ſurſuꝫ per aliquã columnã eſt actualiter graue. Nam licet eius grauitas nõ actualiter moueat. tñ actualiter nititur depꝛimere detinens ipꝫ violente.¶ Ad ſextã dico ꝙ partes cētrales terre non ꝓpter hoc ſunt depꝛeſſiores ꝙ cõprimantur a ſuperiorib⁹. Nam ſupiores nõ põderant ſuper ipas.Sed hoc eſt ex eo ꝙ ſupiores ſunt magis mixte.⁊ ſunt magis poroſe.q pori ſunt repleti aere.¶ Sꝫ cētrales ſunt magis ſolide.qꝛ minus ꝯmixte partib⁹ alteri⁹ rõnis.¶ Ad ſeptimã. ignis vbicũq̃ eſt calid⁹ actualiter. id negatur.qꝛ nõ vbicunq̃ eſt:actualiter cõburit. ſic nec grauitas vbicunq̃ eſt actualiter põderat.vñ ignis imediatus cõcauo orbis lune nõ actualiter cõburit. cũ nõ ſit ſibi cõbuſtibile approximatuꝫ. ¶ Ad octauã dico ꝙ ſtatĩ ſublata aliq̃ parte terre ifra aquã:iſta aqua dſinit eſſe locata nãliter:cuꝫ nõ habeat ifra ſe imediate aliqđ grauius ſe. Et iđ nõ miruꝫ ꝙ tunc põderat ⁊ deſcendit.Et per totã iſtã q̃ſtionē per locum ꝓpꝛiũ itelligo locũ naturalē ꝯ finis.

¶ Nos autem dicimus primum determinantes de quo maxime dubitant quidã propter quid h̃ quidem ſurſum ferũtur: hec autem deorſũ corporũ ſemꝑ ſecũdũ naturam. hec autē ⁊ ſurſũ ⁊ deorſum. ⁊c. Quarto celi. Textu ꝯmenti vigeſimiprimi.

Queſtio IIII.

Quartum propoſitoꝝ erat. Utrũ grauitas ⁊ leuitas ſint forme ſubales grauis ⁊ leuis.Et videt ꝙ ſic.grauitati ⁊ leuitati cõpetit diffõ nãe. Ideo vtraq̃ earũ eſt natura.ꝯña tenet. naꝫ cuicũq̃ cõpetit diffinitio eideꝫ cõpetit diffinitum. mõ ſi vtraq̃ eaꝝ eſt nã.⁊ nõ nã q̃ eſt mã ſic claꝝ ē de ſe cũ mã nulli⁹ ſit actiuitatis.grauitas aũt ⁊ leuitas alicuius ſunt actiuitatis:agũt.n.ad motũ deorſum ⁊ ad motũ ſurſum.ſeqtur ꝙ vtraq̃ earum ſit forma ſubalis. ſed non aliorum q̃ꝫ grauiũ ⁊ leuium.ergo ⁊c.añs ꝓbatur.qꝛ grauitas eſt per ſe principiũ mot⁹ localis deorſũ.⁊ leuitas ſurſuꝫ:qđ ꝯpetit ſoli nãe nec aliqđ dficit grauitati.⁊ leuitati de diffõne nature.nã manēte eadē forma ſubali idē mobile aliqñ nãliter aſcēdit ⁊ aliqñ naturaliter deſcēdit. ꝓpter ſolã variationeꝫ grauitatis ⁊ leuitatis. ¶ Sed hoc videt eſſe ſignũ ꝙ tales motus per ſe proueniunt a dictis qualitatibus: ⁊ non a for-

ma ſubſtantiali. Aſſumptum patet. quia idem vapor calefa ctus ⁊ leuificatus aſcēdit nālr. ⁊ poſtea refrigeratus deſcen dit nāliter. ſemꝑ manēte eadē forma ſubāli. Ex quo ſeqtur qꝺ tales motus diuerſi actiue ꝓueniāt. ⁊ per ſe ꝓducātur a grauitate ⁊ leuitate. ¶ Scꝺo niſi grauitas ⁊ leuitas eſſent nature ⁊ forme ſubales grauiū ⁊ leuiū. ſeqtur ꝙ vapor leue factus nō moueret̃ ſurſuȝ nālr. ⁊ refrigeratus ⁊ grauefact⁹ nō deſcēderet nālr. ꝓbat̃ ꝯña. q᷑ tales motus nō ꝓuenirēt a forma ſubali vaporis. cū leuitas nō poneret̃ forma ſubalis leuis. nec grauitas forma ſubalis grauis. ¶ Tertio. grauitas ⁊ leuitas ſūt forme ꝑores caliditate frigiditate humiditate ⁊ ſiccitate. ğ grauitas ⁊ leuitas ſunt forme ſubales grauiū ⁊ leuiū. ꝯña ꝓbat̃. nā dato ꝙ ſint ꝑores dictis q̄litatib⁹ alteratiuis. ⁊ nō ſint forme ſubales. ſed accñtales. ſeqtur ꝙ caliditas frigiditas humiditas ⁊ ſiccitas nō ſunt qualitates ꝑme. pȝ q᷑ grauitas ⁊ leuitas eēnt q̄litates eis ꝑores. ꝯñs eſt falſuȝ ꝑ Ari. in ſcꝺo de gñatiōe. ⁊ .4. metheoroꝝ. añs ꝓbat̃. q᷑ ſicut ſe hȝ mot⁹ localis ad motū alterationis. ſic q̄litates motiue localr̃. ſ. grauitas ⁊ leuitas ſe hñt ad q̄litates alteratiuas. ſicut ſūt caliditas frigiditas humiditas ⁊ ſiccitas. Sȝ mot⁹ localis ē ꝑor motu alteratiōis ꝑ Ari. i lr̃a dicēte. ꝑmus erit vtiqȝ ſcꝺȝ ſubaȝ hic mot⁹. ſ. localis grauiū ⁊ leuiū ⁊c̃.

**Oppoſitum** arguit̃. grauitas ⁊ leuitas ſūt ꝑ ſe ſenſibiles. ſ. ſenſu tact⁹. Nā aliqs ſcꝺȝ tactū ſentit grauitatē lapidis. ſed nulla forma ſubalis. nec aliqua ſuba eſt ꝑ ſe ſēſibilis. pȝ ꝑ Ari. 2° de aīa. igit̃ ⁊c̃. ¶ Scꝺo. forme ſubales elemētoꝝ grauiū ⁊ leuiū nō manēt i mixtis. ſic ad p̄ñs ſupponit̃. Sed grauitas ⁊ leuitas elemētoꝝ manēt i mixtis. ğ grauitas ⁊ leuitas elemētoꝝ nō ſūt forme ſubales eoꝝ. ¶ Tertio. ſuba nō eſt ꝯ̄ria ſube. ꝑ Ari. in ꝑdicamentis. Sed grauitas eſt ꝯ̄ria leuitati. ğ grauitas ⁊ leuitas non ſunt ſube. ⁊ ꝑ ꝯñs nec forme ſubales grauiū ⁊ leuiuȝ. ¶ Quarto ſuba nō ſuſcipit magis ⁊ min⁹. ꝑ Ari. in ꝑdicamētis. ſed grauitas ⁊ leuitas ſuſcipiūt magis ⁊ minus. pȝ hoc. q᷑ aliqꝺ graue eſt altero graui grauius. ſicut terra eſt grauior aq̄. ⁊ aliqꝺ leue eſt altero leui leui⁹. ſicut ignis eſt leuior aere. ¶ Quīto manēte eadē forma ſubali variant̃ grauitas ⁊ leuitas. Ideo nō ſunt forme ſubales grauiū ⁊ leuiuȝ. ꝯña tenȝ. añs ꝓbat̃. de fumo. q qñ eſt bñ calidus eſt leuis. ⁊ qñ eſt refrigeratus eſt grauis. ⁊ tñ manet eadē forma ſubalis.

**Pro iſta** queſtione ſit ꝑma ꝯ̄cluſio. grauitas non eſt forma ſubſtātialis grauis. nec leuitas leuis. ꝓbat̃ per rationes qnqȝ imediate poſitas. ¶ Scꝺa ꝯ̄cluſio. grauitas nō eſt idē qꝺ dēpſitas. nec leuitas eſt ideȝ qꝺ raritas. ſicut qdam dixerūt. ꝓbatur. nā fumus calefactus eſt leuior aere. ex quo aſcēdit in aere. ⁊ tamē nō eſt rarior. ſed dēpſior aere. ex quo ſequitur ꝯ̄cluſio ꝙ leuitas non eſt raritas. nec grauitas eſt dēpſitas. ¶ Tertia ꝯ̄cluſio. grauitas nec leuitas ſunt q̄litates ſcꝺo nāliter poſteriores caliditate frigiditate humiditate ⁊ ſiccitate. ꝓbatur. q᷑ calefaciens ꝑmo itendit ꝓducere caliditatē: ad quā ꝯñr generatur grauitas vel leuitas. ſcꝺm ꝙ materia eſt apta nata recipere iuxta exigētiā forme ſubalis ſibi īherētis. ſic ſilr mō frigefaciēs ꝑncipalr̃ itendit ⁊ gnāt frigiditatē. ad quā ſilr ꝯ̄ſeqtur grauitas vel leuitas. ſcꝺȝ ꝙ mā eſt apta nata recipere alteꝝ iſtoꝝ. qꝺ nō eēt niſi grauitas ⁊ leuitas eēnt nālr q̄litates poſteriores dictis qualitatibus alteratiuis. que ſunt caliditas. frigiditas humiditas. ⁊ ſiccitas.

**Ad rōnes.** Ad ꝑmā. nego qꝺ grauitati ⁊ leuitati ꝯ̄petat diffinitio nature. vñ dato qꝺ mot⁹ locales grauiū ⁊ leuiū imediate ꝓuenirēt a grauitate ⁊ leuitate. nō ꝓpter hoc adhuc grauitas ⁊ leuitas eſſent nature. Nā ad hoc ꝙ aliqꝺ ſit nā. nō ſufficit ꝙ ſit ꝑncipiū ꝑ ſe mouēdi ⁊ qeſcendi. ſed vltra hoc reqrit̃. qꝺ ſit in illo ꝑ cui⁹ eſt ꝑncipiū ꝑ ſe mouēdi ⁊ qeſcēdi. mō h nō ꝯ̄uenit dictis q̄litatibus. nā nō iſunt ꝑmo grauib⁹ ⁊ leuib⁹. ſed ſcꝺo. ſ. poſt q̄litates ꝑmas alteratiuas. ⁊ poſt formā ſubalē grauis ⁊ leuis. ¶ Ad ſcꝺaȝ ꝑ nūc dicat̃ motū vaporis ſurſū eē nālē. vel q̄tū eſt ex ꝑte materie. vel q̄tū eſt ex parte forme. De h poſtea diffuſi⁹ dicā. ¶ Ad tertiā nego añs. ⁊ qñ dicebat̃ mot⁹ locales grauiū ⁊ leuiū ſūt ꝑores motib⁹ alteratiuis. dico ꝙ h eſt veꝝ via ꝑfectiōis. Sed nō via gñatiōis. Nā mot⁹ locales grauiū ⁊ leuiū ⁊ ēt aīaliū hñt cōmuniter ſubiecta magis ꝑfecta. nā graue ⁊ leue ꝑfectuē illꝺ ꝙ optime mouet̃ localr̃. nihilomin⁹ añ iſtas ꝑfectiōes ꝑcedūt hñ ſȝ tēp⁹ alterationes. ⁊ h notauit Ari. dicēs ꝙ latio. i. mot⁹ localis eſt ꝑfectior ⁊ eſt vltim⁹ ſcꝺȝ gñationē. ex quo ꝯ̄cludit ꝙ eſt prius ſcꝺm ſubſtātiā. i. perfectionē. modo predicto. ⁊c̃.

¶ Si itaqȝ īpoſſibiliū ē vtroqȝ nullam habente grauitatē ambo habere grauitatē: ſenſibilia aūt corpora omnia aut quedā grauitatē habent ⁊c̃. Tertio celi. Textu cōmēti octaui. Qō V.

**Quintum** ꝓpoſitoꝝ erat. Utruȝ ex parte grauitatis ⁊ leuitatis ꝯ̄cludi poſſit corꝑa nō eē cōpoſita ex īdiuiſibilibus. ¶ Circa ꝙ ſciēdū eſt de multis demonſtrationib⁹ ſatis euidētibus pōt demōſtrari ꝙ corꝑa nō ſint ꝯ̄poſita ex īdiuiſibilib⁹ ſicut hȝ videri in ſexto phyſicoꝝ. Sȝ ille nō ſunt ad ꝓpoſitū. Sȝ ſolū ille q̄ fieri pñt ex parte grauitatis et leuitatis. Hoc notato arguit̃ ꝑmo ꝙ ex parte grauitatis et leuitatis nō poſſit ꝯ̄cludi corpora nō eſſe cōpoſita ex īdiuiſibilib⁹. Nā ſi ſic hoc vr̃ eē ſicut Ariſto. facit in lr̃a. Sȝ ꝓbo ꝙ non. nā Ari. volēs ꝓbare hic ex parte grauitatis et leuitatis corpora nō eē ꝯ̄poſita ex īdiuiſibilibus: ſuppōit duo. quoꝝ vtrūqȝ ꝓbatur eē falſuȝ. quo ꝓbato ſua demonſtratio eſt ꝯ̄quaſſata. Primū qꝺ ſupponit eſt illꝺ: ꝙ nullū īdiuiſibile ē graue aut leue. nec eēt graue nec leue ſi eēt. 2ᵐ qꝺ ſupponit eſt. ꝙ nullū graue ꝯ̄ponit̃ ex nō grauib⁹. et nullū leue ꝯ̄ponit̃ ex nō leuib⁹. Sȝ oīs ꝑs grauis ex qua ꝯ̄ponit̃ graue eſt grauis. ⁊ oīs ꝑs leuis ex q̄ ꝯ̄ponit̃ leue eſt leuis. ¶ Cōtra ꝑ⁹ arguit̃ ſic. q᷑ īdiuiſibile ſi eēt. vel eēt ſuba vel accñs. Si ſuba ſeq̄ret̃ ꝙ ipȝ eēt graue vl̃ leue. q᷑ oīs ſuba nālis eſt grauis vl̃ leuis. Si accñs: tc̃ oporteret illi accñti aſſignar̃ ſubaȝ ei ſubiectā adeq̄te. ⁊ ſic iſta ſuba eēt īdiuiſibil. ⁊ tñ erit grauis ſic dicebat̃. ğ īdiſibile ſi eēt eēt graue. ¶ Cōtra 2ᵐ fundamētū arguit̃ ſic. ex nō ſēſibilib⁹ pōt fieri ſēſibile. ğ ex nō grauib⁹ pōt fieri graue. ꝯña tȝ a ſili. añs ꝓbat̃ ꝑ Ariſto. in de ſēſu ⁊ ſēſato. vbi dclarat ꝙ aliqꝺ corp⁹ ē ſēſibile cui⁹ .100ᵃ ꝑs ſeparata ē īſenſibil. ſcꝺo ex nō rubeis pōt fieri rubeū. ſic ex mixtione coloꝝ. ğ pari rōne ex nō grauib⁹ pōt fieri graue. ¶ 3° nā hō eſt grauis. ⁊ tñ ꝯ̄ponit̃ ex nō grauib⁹. ſ. ex ꝑma mā q̄ nō ē grauis de ſe. ⁊ ex aīa itellectiua q̄ ſilr nō eſt grauis. ¶ 4°. multe ꝑticule terre nō ſunt graues. ſic ille q̄ volāt in aere. ⁊ apparent i radijs ſolarib⁹ itrantib⁹ per feneſtrā. ⁊ tamen ſi multe tales cōponerent̃ facerēt vnū graue. Sȝ illud vr̃ eē cōpoſitū ex non grauib⁹. tales. n. ꝑticule terre poſtqȝ mouent̃ ſurſū in aere. vident̃ eſſe nō graues.

**Oppoſitum** vult Ariſto. in littera.

**Oppoſitum** arguiꝛ̄. grauia per eaſdē lineas appetunt deſcendere p quas deſcēdūt: cū nō fuerint impedita. Sed hᷓ eſt p lineas breuiſſimas q̄ poſſunt ꝓtrahi ab eis vſq₃ ad centrū mūdi. ergo ꝛc̄. maioꝛ eſt nota. pbaꝛ̄ minoꝛ. qꝛ deſcendūt per ſemidyametros mundi. vel p lineas que ſūt ptes ſemidyametroꝝ mūdi. Sȝ ille ſunt breuiſſime q̄ pñt ab eis ꝓtrahi vſq₃ ad centrū. aſſūptū p₃ per hoc. nam datis duob⁹ grauibus deſcēdentib⁹ illa deſcendūt per lineas ꝯcurrentes in centro mūdi. ex quo qōlibet illoꝝ grauiū tendit ad centrū mūdi. Sed tales linee ſunt ſemidyametri mūdi. vel ptes eaꝝ. ergo ꝛc̄. ¶ De iſta qōne dicūt quidam ꝙ grauia appetūt deſcēdere p lineas rectas qñ poſſunt ꝛ non ſunt ipedita. Sed qñ ipediuntur ne poſſint deſcendere p lineam rectā. tūc mutāt appetitū deſcendendi per lineā rectā in appetitū deſcēdēdi p lineā obliquā p quam tunc ſaltē poſſint fieri ꝓpinquioꝛa centro q̄ prius. ¶ Sed breuiter iſta opinio non valet ex eo ꝙ ſi appetitus forme grauis ſic mutareꝛ̄: tūc forma grauis eēt forma cognoſcitiua. qḋ ē falſum. ꝯſequētia tenet. qꝛ ſic mutare appetitū ſolū debetur formis cognoſcitiuis. ¶ Scd̄o graui intrinſece nullo mō mutato pōt vna vice deſcēdere per lineā obliquā: et poſtea p lineam rectam. ꝓpter ſolam mutationē mediȷ extrinſeci. ergo nō mutatur de vno appetitu in alium. Nam cū tali mutatione appetitus nullo mō poſſet ſtare ꝙ idē graue hr̄et ſe omnino codē mō intriſece nunc ꝛ prius. Aliter ergo dicendum eſt ꝙ graue nō appetit deſcendere plus p vnā lineā q̄ per aliā. Sed ꝙ deſcendit per vnā lineā ꝛ nō per aliā. hoc eſt ſcd̄m ꝙ applicatur tali vel tali reſiſtētie. ita ꝙ finaliter ex applicatiōe alia ꝛ alia ipſi⁹ grauis ad mediū extriſecū determiaꝛ̄ ꝙ p talē vl̄ p talē lineā deſcēdit. Jta ꝙ hn̄ ex ſe appetit deſcēdere. Sȝ modus deſcēdēdi determinaꝛ̄ ſm̄ aliā ꝛ aliā applicationē ei⁹ ad medium extrinſecū. et rō huius eſt. Nam ſi aliqñ plus appeteret deſcendere per vnā. Et aliquando plus p aliam opoꝛtet concedere appetitū ei⁹ intriſece mutari. ꝛ ſic opoꝛteret concedere formā grauis eſſe formā cognoſcitiuā. Et opoꝛteret vlterius concedere ꝙ graue nō poſſit nūc deſcēdere p lineā obliquā. ꝛ poſtea p rectā niſi ipſum graue itriſece mutaretur. ¶ Sȝ diceret aliqs. videꝛ̄ vtiq₃ ꝙ graue plus appetat deſcendere p lineā rectā q̄ per obliquā. Nā videmus ꝙ quando graue deſcēdit p lineā rectā. difficili⁹ pōt areſtari ꝛ impediri ab eius deſcēſu q̄ qñ deſcendit per lineā obliquā. hᷓ aūt videꝛ̄ eſſe ſignū ꝙ plus appetit deſcēdere p lineā rectā q̄ p obliquā. ¶ Ad iſtud dico ꝙ graue quando deſcendit per lineā rectā difficilius areſtaꝛ̄ q̄ qñ deſcendit per lineā obliquā. Sed hui⁹ cauſa non eſt maioꝛ appetitus deſcēdendi p lineā rectam q̄ per obliquam: ſed hoc eſt ꝓpter hoc ꝙ qñ deſcēdit p lineā rectā minorē hȝ reſiſtentiā q̄ qñ deſcēdit p lineā obliquā. vtputa ſup tabulā tranſuerſaliter poſitā. mō difficilius eſt idē impediēs cum minori reſiſtētia ipedire motum alicuius potentie mouentis q̄ cum maiori.

**Ad rōnes** ergo factas hinc inde. ¶ Ad pmā negaꝛ̄ ꝯña ex eo ꝙ qñ terra deſcendit in ignem. ignis nō appetit aſcendere p eandē viā p quā deſcēdit terra. ex eo ꝙ terra ipm̄ a tali aſcēſu ipediret. Et iō tunc ignis ꝓpter reſiſtentiā extrinſecā determinaꝛ̄ ad aſcēdēdū per aliā viā: vbi inuenit reſiſtētiā minorē. ¶ Ad ſcd̄a₃. ſeqreꝛ̄ ꝙ graue nūq̄ deſcēderet oblique. negaꝛ̄ ꝯña. qꝛ nō dico ꝙ graue ex ſe magis appetat dſcēdere p lineā rectā q̄ p lineā obliquā. ſed qꝛ appetit eē ꝓpinquius cētro. deſcēdit p q̄cū ꝙ lineā pōt. ꝛ qḋ ſic vel aliter deſcēdit. ad hoc determinatur ex alia ꝛ alia applicatōe ei⁹ ad reſiſtētiā. qꝛ qñ ex deſcēſu p lineā rectā hr̄et maiorē reſiſtētiā. deſcēdit p lineā obliquā. Qñ autē ex deſcenſu ei⁹ p lineā obliquā hr̄et maiorē reſiſtētiā. tūc deſcēderet p lineā rectā. ¶ Tūc ad rōnē factā i op⁹. p eaſdē lineas grauia appetūt deſcēdere ꝛc̄. dico ꝙ non oȝ. Sed ſufficit ꝙ eoꝝ deſcēſus per tales lineas determinetur ex tali applicatōe grauiū ad talē reſiſtētiā.

¶ Eam quidē igiꝛ̄ que ſurſū faciet lationē ſecūdum ꝙ leuis cum feraꝛ̄ ꝛ ſumat principium a virtute ꝙ deoꝛſū iterū ſecundū ꝙ grauis velut enim iprimens tradit vtriſq₃ ꝛc̄. tertio celi. Textu ꝯmēti vigeſimio ctaui. Queſtio XII.

**Secundum** ꝓpoſitoꝝ erat. Utꝝ aer nāliter moueaꝛ̄ i proiectione lapidis vel alterius ꝓiecti i eo. arguiꝛ̄ ꝙ nō. Nā ſi ſic ſequereꝛ̄ ꝙ aer nūq̄ in tali motu deſineret moueri ſaltē q̄diu maneret i loco ꝓprio. ꝯñs eſt falſū. ꝯña videtur tenere. Nā ſi aer moueret nāliter verſus ſurſum vel ad latus ipſo exnte in loco ꝓprio. qua rōne moueret p ſcd̄o tēpus: eadē rōne per aliud. nā ſi quieſcat hoc non eſt ꝓp nouū locū i ſpē. nec ꝓp aliquē locum ſibi nāle de nouo acqſitum. ex eo ꝙ tali motu aer mouetur in loco proprio. ¶ Secūdo. nam ponaꝛ̄ ꝙ ꝓiectum ꝓijciatur ad latus. tūc ſi in tali motu aer moueretur nāliter. opoꝛteret vtiq₃ ꝙ hoc eſſet mediāte grauitate vel leuitate ipſi⁹ aeris. Sed hᷓ nō ex eo ꝙ grauitas ꝛ leuitas nō iclinant nāliter niſi ad motum ſurſū vel deoꝛſū. ¶ Tertio ſi queſtio eſſet va pari rōne ꝓiectū moueretur nāliter. Sed hoc eſt falſū. ꝯña ꝓbatur. Nā ſicut aer i ꝓiectiōe pellitur a ꝓijciēte. ita ꝓiectū. ꝛ p ꝯñs qua rōne motus vnius eſſet nālis: eadē rōne mot⁹ alteri⁹. falſitas ꝯñtis ꝓbaꝛ̄. nā ſi mot⁹ ꝓiectieēt nālis. ꝓijciaꝛ̄ g̃ aliqs lapis ſurſū. manifeſtū eſt ꝙ talis lapis nō moueꝛ̄ a ſua mā. cū illa nulli⁹ ſit actiuitatis. nec moueꝛ̄ a ſua forma vl̄ grauitate. qꝛ illa magis iclinat ad oppoſitū. nec apparet aliqḋ aliud in lapide itriſecū lapidi. qḋ aptum natū ſit mouere dcō mō illū lapidē. q̄re talis lapis moueꝛ̄ dcō mō violēte. cū nō moueaꝛ̄ a pncipio itriſeco. g̃ ꝛc̄.

**Oppoſitum** Arguiꝛ̄. naȝ i proiectione lapidis aer retro lapidē iſequitur lapidē ne fiat vacuū. ergo in ꝓiectione lapidis aer moueꝛ̄ nāliter. ꝯñtia tenet ex eo ꝙ motus coꝝ quo mouenꝛ̄ ad replēdū vacuū eſt coꝛporibus nālis. añs p₃ qꝛ niſi lapidē proiectū ſequereꝛ̄ aer maneret vacuū in loco quē exiuit lapis intrando aliū locum i tali motu. ¶ Jn iſta qōne primo vidēdum ē de pncipali queſito. ſcd̄o vidēdum ē de ꝓiecto a quo mo-

ueat. ⁊ vtrū nāliter vel violente poſt receſſū a ꝓyciēte.

Quantum Ad ꝑmum ſciēdum eſt. ꝙ ī proiectione lapidis ē duplex mot⁹ aeris .ſ. aeris an͂ lapidē qui reſiſtit ꝓiecto: ⁊ diuidit vel vltra nālez q̄litatē ſuam condempſatur per ipſum proiectum. alius eſt aeris q̄ retro ipſum proiectum inſequitur ad finez ꝙ nō remaneat vacuum. ¶ Tunc ſit prima concluſio. in proiectione lapidis motus aeris antecedentis proiectum non eſt naturalis. Probatur. nam tunc ſequeretur ꝙ non reſiſteret proiecto. quod eſt falſuz. talis enim aer non minus reſiſtit proiecto q̄ꝫ aer reſiſtat graui deſcendenti vel leui aſcendenti naturalr̄. ¶ Secundo. nam condempſatio aeris vltra ſuam naturalē raritatem eſt ſibi violenta. Sed in tali motu talis aer antecedens condempſatur vltra dēpſitatem ſibi naturalē. g̃ ⁊c̄. ¶ Secunda concluſio. motus aeris inſequentis proiectū eſt naturalis. probatur. quia eſt a principio intrinſeco. ſcilicet a forma ſubſtantiali ipſius aeris. que inclinat ipſum aerem ad inſequendum proiectum. ad finem ꝙ non fiat vacuum. ¶ Sed contra iſtam concluſionem arguitur. Nam iuxta hoc eſſet concedendum idem elementuz ſimplex habere duos motus naturales diſtinctos ſpecie. qḋ eſt contra dicta primo huius. conſequentia probatur. Naz aer vel aliquod aliud corpus haberet motum naturalem quo moueretur ad ſuuz locum naturalem. ⁊ vnum aliū motū naturalem quo moueretur ad replendum vacuum ¶ Ad iſtud reſpondetur ꝙ alicui corpori ſimplici ineſſe naturaliter plures motus intelligitur dupliciter. Uno modo ꝙ ambo inſint illi corpori ſecundum naturam propriam illius corporis. Alio modo ꝙ vnus illoꝝ motuuz inſit illi corpori ſecūdum naturam propriam. ⁊ alter ſecundum naturam cōmunem illi ⁊ alijs corporibus naturalibus. Tunc dico ꝙ bene oſtenſum eſt primo huius ꝙ impoſſibile eſt eidem corpori ineſſe naturaliter diſtinctos motus in ſpecie ſecundum naturam propriam. cū hoc tamen bene ſtat vni corpori ſimplici ineſſe plures motus diſtinctos ſpecie. ⁊ hoc naturaliter. quorum vnus ineſt ei ſecundum naturam propriam. alter vero ſecundum naturam communem. ¶ Circa illud dubitatur quis illorum motuum ſit magis naturalis. Utrū ille qui ineſt corpori ſecunduz naturam propriam. vel ille qui ineſt corpori ſecundum naturam cōmunē. vel an ſint eque naturales. ¶ Reſpondetur ꝙ motus qui ineſt corpori ſecundum naturam cōmunem eſt magis naturalis. puta motus quo mouerentur corpora ad replendum vacuum. Et ratio huius eſt iſta. quia videmus ꝙ corpora dimittunt ſua loca propria ⁊ naturalia. ad que ſunt mobilia naturaliter ſecundum naturam eorum propriam. ⁊ mouerentur ne fiat vacuum motu qui eſt eis ſecundum naturam communem qḋ patet. nam cum aliquis ponit aliquam fiſtulaz ad aquaz ⁊ extrahit per os aerem de fiſtula. aqua dimittit locum ſuū ⁊ aſcendit in fiſtulam. et hoc eſt ſignum ꝙ plus inclinatur ad motū per quem cauetur vacuum. q̄ꝫ ad motum quo eſt mobile ad locum proprium. ¶ Et nota ꝙ per naturam cōmunem non intelligo aliquam rem que inſit pluribus corporibus. Sed hoc voco ineſſe corporibus ſecundum naturam communem. qḋ ineſt vni corpori naturaliter: et conſimiliter ineſt alijs corporibus diſtinctis ab illo ſpecie. Et ſic eſt de moueri ne fiat vacuum. hoc enim ineſt omnibus corporibus. vnde anteq̄ꝫ natura permitteret vacuum: celum deſcenderet ⁊ impleret. ſicut di. commentator quarto phyſicorum. verum eſt tamen ꝙ aliqui dixerunt. ꝙ ſic inſequi corpora ne fiat vacuum ineſt ſolū aeri et aque. que ſunt elementa media. que quia ſunt grauia et leuia poſſunt moueri indifferenter huc vel illuc. ſed ſicut dicunt non ſic eſt de elementis extremis. quorum vnū eſt ſimpliciter graue. et aliud ſimpliciter leue: ¶ Sed breuiter illud non valet. Nam ad ſenſuz videmus ꝙ puluis aſcēdit per fiſtulam ſubtracto aere. per qḋ cōſtat terram aſcendere ad ſequenduz corpus aliud nāliter. ſicut facit aer vel aqua.

Quantum ad ſecūdum articuluz ſciendū ꝙ de hoc ſunt plures opiniones. vna eſt opinio ꝙ proiectū poſt exitum eius a manu ꝓycientis mouetur ab aere inſequente ꝓiectum. vnde imaginatur iſta opinio ꝙ cuz proiectum exit velociter a loco in quo erat natura abhorrens vacuū velociter mittit aerē ad replendū locū. qui quidem aer velociter ſequens attingit ad ꝓiectum. ⁊ ipſuz vltra pellit. ¶ Breuiter iſta opinio nō videt̄ eſſe ſufficiēs. nam licet proiectum bene inſequatur aer ne fiat vacuū. tn̄ ille aer nō vr̄ eē cā mot⁹ ipſi⁹ ꝓiecti. nā ille aer qn̄ inſeq̄ret̄ ꝓiectum ⁊ tāgeret ipm̄. qr aer eſt faciliter diuiſibilis: ⁊ proiectum non: latera aeris diuiderentur abinuicē. ⁊ ſic nō impelleret proiectum vltra. ¶ Scḋo. nam ſcḋm iſtam opinionem non poſſet reddi cauſa que moueret rotam vel molam fabri longo tempore poſtq̄ꝫ manus mouens eſſet ablata. vnde non poteſt dici ꝙ hoc ſit aer inſequēs ex eo ꝙ cōtinue illa mouentur in eodē aere. nec ita aer illa inſequit̄. ſicut bene inſequitur ſagittā vel aliqḋ tali modo ꝓiectum ¶ Tertio. naz videmus ꝙ ſi aliqua nauis plena feno vel ſtraminibus moueretur ab oriente verſus occidentē ī aliquo fluuio poſt ablationem trahentis ſepe pallee retro nauem mouentur cōtra orientez. Et tn̄ deberet eſſe oppoſito modo: ſi aer inſequens moueret. ¶ Secūda eſt opinio ꝙ manus mouendo proiectuz moueret etiā aerē circūſtantē ⁊ locantē ipſum ꝓiectū. ⁊ iſte aer qui eſt innatus velociter moueri defert ſecū ꝓiectuz tanq̄ꝫ vas illud qḋ eſt in vaſe. Iſta opinio etiā nō eſt ſufficiēs. Nā dubitat̄ a quo moueat̄ ille aer poſtq̄ꝫ manus ceſſat īpellere ⁊ mouere. ⁊ ſic manet tanta dubitatio de illo aere a quo moueatur ſicut erat de proiecto. ¶ Si dicat̄ ꝙ iſte aer mouet̄ a ſua leuitate q̄ quidez leuitas aere velociter moto innata ē retinere diu vim motiuā. hoc non valet. quia leuitas nō ē nata mouere niſi ſurſum. ⁊ proiectio pōt fieri tā ſurſum. q̄ꝫ deorſum. q̄ꝫ ad latus. ¶ Scḋo. iſta opinio non poſſet ſaluare quid moueret molam fabri. que velociter īpulſa valde diu adhuc verteretur non obſtante ꝙ aer vndiqꝫ circūſtans abſtergeret̄ vel aſtrigeret̄. ¶ Tertio. nā aer quantūcūqꝫ eſt velociter motus. ipſe eſt valde faciliter diuiſibilis. Ideo non apparet quomodo poſſet tam longo tēpore ſuſtinere in alto lapidem ponderis centū vel mille librarū proiectum ꝑ machinam. vel ꝑ aliqḋ aliud inſtrumentuz. ¶ Quarto iuxta iſtam opinionē ſequeretur ꝙ longius poſſemus proycere plumā q̄ꝫ lapidem. ⁊ minus graue q̄ꝫ magis graue. Si eēnt ꝯſimilia in figuris ⁊ in magnitudinibus. cōſequens eſt contra experientiam. conſequentia tenet ex eo ꝙ magis graue vr̄ magis reſiſtere aeri mouēti ipm̄ ſurſū q̄ꝫ pluma. vel min⁹ graue. ¶ 5°. ſi aer quē ꝓyciēs mouet cū lapide ē tante virtutis ꝙ poſſit velociter ferre magnuz lapidem proiectū tunc videretur ꝙ ſi ſine lapide aliquis proyciens pelleret aerem contra ſocium ſuuz. ꝙ ille contra quē pelleretur aer multo maiorem impetum deberet percipere q̄ꝫ percipit. ¶ Tertia eſt opinio quam reputo veriorem. ꝙ proiectum poſt exitum eius a manu vel receſſum a proyciente mouetur a quadam vi ſeu impetu ſibi impreſſo ab ipſo proyciēte. Et ſicut tandez illa virtus motiua ſic ſibi impreſſa remittitur vſqꝫ ad non gradum proiectum: deſinit moueri motu proiectionis. Et ſecundum iſtam opinionem poſſunt ſaluari apparentia iuxta motū proiectionis. Primo quidez quare proyciens remotius proycit lapidem q̄ꝫ plumam. huius quidem ratio eſt iſta. quia in lapide plus eſt de materia q̄ꝫ in pluma. ⁊ etiam eſt magis compacta. ⁊ ideo illa virtus motiua fortior. ⁊ maior inprimitur lapidi q̄ꝫ plume. ⁊ etiaz diutius retinetur recte ſicut videm⁹ ꝙ ferro fortior imprimitur calor quā ligno. ⁊ hoc ꝓpter dempſitatem ⁊ compaci

tatem materie. Iuxta etiam iſtam opinionem redditur cauſa propter quam lancea longa plus perforaret ꝙ̃ ferrum ſine lancea. huius quidem cauſa eſt. quia in lancea longa plus recipitur de illo impetu ꝙ̃ in ferro ſolum. ¶ Et ſi quęritur que res ſit talis impetus. certe hoc magis pertinet ad inueſtigationem metaphiſicam ꝙ̃ ad inueſtigationem naturalem. Ex his patet ꝙ motus proiecti non eſt proiectio naturalis ſed violenter. patet hoc. quia talis motus prouenit ab aliquo impreſſo ipſi proiecto ab extrinſeco. ¶ Sed diceres. contra talis motus eſt a principio intrinſeco moti. ergo naturalis. Reſpondeo negando conſequentiam. nam ultra hoc requiritur ꝙ naturalis inclinatio mobilis non ſit ad oppoſitum.

**Ad rationes** Ad primam quando dicebatur. ſequeretur ꝙ aer in tali motu nunquam deſineret moueri. negatur conſequētia. et ratio huius eſt. quia in tali motu aer rareſit et condempſatur ultra gradum raritatis vel dempſitatis ſibi debitum. et ideo aer appetens redire ad ſtatum priſtinum tandem deſinit a tali motu. ¶ Ad ſecundam proyciatur proiectum ad latus. placet mihi. tu dicebas ꝙ aer tunc non inſequitur naturaliter. dico ꝙ imo. et ulterius dico ꝙ hoc eſt mediante forma tanꝙ̃ mediante principio actiuo principali. et mediante leuitate. tāꝙ̃ inſtrumentali et quando dicebatur leuitas non iclinat niſi ad motum ſurſum. dico ꝙ hoc eſt verum quando mobile mouet̄ motu ſibi naturali ſecundum naturam ſibi propriam. tamē quando mobile mouetur motu ſibi naturali ſecundum naturam communem ſibi et alijs ſicut eſt in propoſito ne fiat vacuum. leuitas bene mouet ad latus. ſeu ad aliam differentiam poſitionis ꝙ̃ ſurſum. ¶ Ad tertiam. iſta bene probat ꝙ proiectum moueretur naturaliter. et hoc ſi aer precedens ipſum moueretur naturaliter. quia ille pellitur ſicut proiectum. tamen non oportet: ſi aer inſequens proiectum moueatur naturaliter: ꝙ ergo proiectum moueatur naturaliter. quia aer inſequens non pellitur ſicut pellitur proiectum. Et ideo diſſimile eſt de motu ꝓiecti. et de motu aeris inſequētis proiectū. quare etc.

¶ Totaliter autem temptare ſimplicia corpora figurare irrationabile etc. Tertio celi. Textu cōmenti ſexageſimi ſexti. Queſtio XIII.

**Nunc** Reſtat ultimo querere circa figuram corporum ſimplicium elementarium et quantum ad hoc queram vnicam queſtionem ſcilicet. vtrum elementa quattuor determinent ſibi figuras a natura. et videtur ꝙ ſic. Nam quintum corpus ſimplex. ſcilicet celum determinat ſibi figuram a natura. ſcilicet ſpericam vt prius dictum eſt. ergo videtur ꝙ alia quattuor corpora ſimplicia. ſcilicet elementa determinent ſibi figuras a natura. Secundo. quia per rationes geometricas probatum eſt ꝙ non ſint niſi quinꝙ figure corporum regularium ſecundum ſpeciem que ſunt ſimpliciſſime. igitur videtur ꝙ illas figuras ſibi determinant quinque corpora ſimplicia. ſcilicet celum et quattuor elementa: ſic ꝙ quodlibet eorum determinat ſibi vnam earum. ¶ Tertio. corpora determinata ad maximum vel ad minimum vtique determinant ſibi aliquam figuram a natura. quia determinata ad maximum vel ad minimum determinantur ad finitatem. omne autem finitum eſt figuratum. corpora autem elementaria determinantur naturaliter ad maximum vel ad minimum. quod patet ex ſecundo de anima. vbi dicitur omnium natura conſtantium poſita eſt ratio magnitudinis et augmenti. Hoc idem videtur poſſet elici ex ſecundo phyſicorum. ¶ Quarto aqua determinat ſibi aliquā figuram a natura. ergo et cetera elementa. conſequentia tenet. quia non videtur eſſe maior ratio de vno elemento ꝙ̃ de alio. Antecedens videtur eſſe euidens ex intentione Ariſtote. ſecundo huius. vbi probat ꝙ ipſa eſt ſperica. quia aliter partes eius ſuperficiales non equaliter diſtarent a centro. ¶ Quinto. cadem eſt figura totius homogenei et cuiuſlibet eius partis. aliter enim non eſſet homogeneum. ſed particule aque videntur tendere ad ſpericitatem. ſicut patet de gutta roris et pluuie. ergo ita videtur eē de tota ſpera aque. ¶ Sexto. ignis determinat ſibi aliquam figurā a natura. ergo et alia elemēta. conſequentia tenet. antecedens probatur. quia determinat ſibi figuram pyramidalem. patet hoc. quia cum aſcēdit non aſcendit niſi ſecundum figuram iſtam ſcilicet pyramidalem ſicut docet experientia. ergo etc.

**Oppoſitum** videtur eſſe de intentione ari. I littera ¶ In iſta queſtione erūt quattuor articuli pncipales. In quorū primo recitabo opinionem antiquorum de figura corporum ſimplicium. In ſcdo improbationem eorum antiquorum quā ponūt ari. et cōmentator. In tertio dubitabit̄ de vno qd ari. et commentator aſſumūt in improbando opinionē antiquorum. In quarto articulo reſpondebitur ad queſitum.

**Quantum** ad primum ſciendū eſt. ꝙ erat opinio antiquorum. ꝙ corpora ſimplicia. ſicut celum et elementa determinarent ſibi figuras a natura. vnde ꝯſiderauerūt ꝙ corpora mathematica regularia ſūt. 5. et nō plura. ſ. thetracedrō. exacedron. octocedrō. duodecedron. et ycocedron. Et quia etiam corpora ſimplicia naturaliter ſunt. 5. et non plura. ſ. quattuor elementa et quinta eſſentia. crediderunt ꝙ quodlibet iſtorum corporum ſimplicium determinaret ſibi vnam illarum quinꝙ figurarum regularium. Unde dixerunt terram eſſe corpus exacedron. ſeu corpus cubice figure: ſeu corpus ſex ſuperficierum regularium. Et hoc ideo. quia corpus cubicum ſeu exacedron eſt magis fixum et immobile et minus aptum ad motum. Et quia ſic eſt de terra. ideo attribuerunt terre figuram cubicam ſeu figuram exacedron. Dixerunt autem aquā eſſe corpus ycocedron. ſeu corpus ex duabus ſuperficiebus regularibus. quia aqua omnibus alijs eſt corpus magis rotabile et minus ſtabile. terminabile terminis alienis. et difficulter terminis proprijs. et hoc ipſi attribuerunt aque propter multitudinem angulorum. quos habet corpus ycocedron. Attribuerunt autem aeri figuram octocedron. et igni figuram tetracedon. ſcilicet figuram pyramidalem. et celo figuram duodecedron. et hoc propter cauſas que erāt expreſſe in vna queſtione facta circa primum huius. Et illud poteſt intelligi vel ꝙ dicta corpa ſm ſe tota eſſent taliter figurata vel ex partis ꝑticulis ſic figuratis ꝯpoſita. videlicet ꝙ terra ſcdm ſe totā ſit cubice figure. vel ꝙ particule ex quibus ipſa eſt cōpoſita ſint cubice figure.

**Quantum** ad ſecundum Articulum ſciendum eſt. ꝙ Ari. et commentator improbant iſtam opinionem ſic. nam ſi dicta opinio eſſet vera neceſſario ſequeretur vacuum. quod tamen ipſi antiqui negabant. probat conſequentia. quia cum huiuſmodi corpora ſimplicia ſic figurata cōponerentur: non ita poſſent coniungi circa eundem punctum: quin inter ea remaneret vacuum. quia in ſuperficialibus figuris regularibus tantum ſunt tres figure ꝙ̃ replent ſpacium ſuperficiale ſcilicet circa eundem punctū ſcilicet trigonus quadratus et exagonus. In corporalibus autem figuris. ſicut dicunt Ari. et commentator. ſunt due tantum que ſpatium replent corporale circa eundem pūctum ſcilicet pyramis et cubus. propter quod oportet ſolum illa duo corpora. ſcilicet. quorum vnum eſt pyramidale. vel ex pyramidibus compoſitum. et aliud cubicum vel ex cubicis compoſitum in aliquo numero accepta replere locum ſine vacuo. ¶ Et ideo quantum eſſet de alijs tribus opor-

teret eē vacuum.lʒ ħ euitaret̄ ꝑ cubita ⁊ pyramidalia.

**Quantum** Ad tertium articulum. dubitatur de ħ qḋ ſuppoſitum iam fuit in improbatione opinionis antiquorum. ſupponitur enim ꝙ corpora pyramidalia regularia i aliquo numero accepta poſſint replere locum. ¶ Dubitatur vtrum hoc ſit verum. pro quo primo oportet ſupponere quid intelligatur in propoſito per replere locum. pro quo ſciendum ꝙ replere locum pōt itelligi vel in ſuperficie vel in ſolido. replere locum in ſuperficie non eſt aliud ꝙ̄ replere totale ſpacium ſuperficiale circūſtans aliquē punctū in iſta ſuperficie imaginatū. Sed replere locū in ſolido eſt replere totū ſpaciū corporale circūſtans aliquē pūctū imaginatū. ¶ Tūc pro ꝯcluſionibus aliquibus ponēdis ſupponitur. ꝙ quēlibet punctū in ſuperficie imaginatū circūſtat ſpaciū ſupficiale. qḋ valet quatuor angulos rectos. iſta pȝ ex primo elemētoꝝ euclidis. ¶ Tūc ſit vna ꝯcluſio. Qꝛ tres ſunt figure regulares ſuperficiales potentes replere locū in ſuperficie. ſ. quadratū triangulus ⁊ exagonus. Iſtud probatur de quadrato. Nā ſi aliquē punctū circūponantur quatuor quadrata. occupabunt totū ſpaciū ſuperficiale circūſtans illū punctū. qḋ patet. Nā totale illud ſpaciū circūſtans iſtū punctuȝ valet quatuor angulos rectos preciſe: ⁊ tantū preciſe valēt quatuor anguli quatuor quadratoꝝ. qꝛ cuiuſlibet quadrati quilibet angulus eſt rectus. ¶ Dico ſecūdo ꝙ ſex anguli triāguli regulares replēt locū. quia angulus trianguli regularis ſeu equilateri valet duas tertias vnius recti. ſicut elici poteſt ex ꝑpoſitione. 30ª primo elementoꝝ Euclidis. ergo ſex tales anguli valent. 12. tertias anguli recti. ſed tales. 12. tertie faciūt quatuor itegra. ſ. quatuor angulos rectos. ꝗ̄tū eſt ꝓciſe ſpaciū ſuperficiale circūſtans aliquē punctū in ſuperficie imaginatuȝ: ideo ſex anguli trianguli regulares circa eūdē pūctū poſiti replebūt locū. ¶ Dico tertio ꝙ tres exagoni regulares replent locū qꝛ angulus exagoni habet quatuor tertias vnius recti. ſicut pōt elici ex iā allegata ꝑpōne primi elemētoꝝ euclidis. ergo tres tales que faciūt ꝗ̄tuor itegra. ſ. ꝗ̄tuor angulos rectos replerent locū ſuperficialē circūſtantē aliquē pūctū in ſuperficie imaginatū. ¶ Dico ꝗ̄rto ꝙ anguli pētagonoꝝ vel eptagonoꝝ vel octogonoꝝ: ⁊ ſic in īfinitū in nullo numero cōbinati poſſunt preciſe replere locū. angulus enim penthagoni habet vnū rectū ⁊ ꝗntaȝ huius recti. tales aūt tres cōbinati min⁹ faciunt ꝙ̄ ꝗ̄tuor rectos. Quatuor vero cōbinati plus faciūt ꝙ̄ ꝗ̄tuor rectos. deinde nec eptagonus replet locum. qꝛ angulus eptagoni valet vnū rectū ⁊ ꝗnꝗ ſeptimas vnius recti. ergo duo tales ſunt minores ꝙ̄ ꝗ̄tuor recti: ⁊ tres ſūt maiores ꝙ̄ ꝗ̄tuor recti. Et breuiter vltra exagonum nullaꝝ figuraꝝ regulariū anguli replent locum. qꝛ omniū figuraꝝ regularium vltra exagonum duo anguli ſunt minores quatuor rectis. ⁊ tres ſūt maiores ꝗ̄tuor rectis. ¶ Et vt qḋ dicitur melius intelligatur: pro ſciēdo quantum alicuius figure regularis angulus valeat ⁊ etiam ꝗ̄tuȝ omnes ſimul. ſciendum eſt ꝙ cuiuſlibet quadrati angulus eſt rectus. hoc patet per diffinitionē quadrati. ⁊ cuiuſlibet trianguli regularis angulus valet duas tertias recti. iſtud patet. nā cuiuſlibet trianguli anguli valent duos rectos. vt demonſtratū eſt primo elementorū Euclidis. ⁊ cū anguli trianguli regularis ſint ſibi inuicē equales: vt patet per diffinitionē figure regularis. ſequit̄ ꝙ quilibet angulus trianguli regularis valet duas tertias recti. vn̄ figura regulari dr̄ cui⁹ oīa latera ſūt ſibi īuicē eq̄lia: ⁊ oēs āguli ſūt ſibi īuicē eq̄les. ſic ḡ ſcim⁹ ꝗ̄tū valent anguli q̄drati. ⁊ ſimilr̄ trianguli. ¶ Ad ſciendū autē conſimile de alijs figuris regularibus ſuperficialibus: ſicut de penthagono: exagono. eptagono. ⁊ ſic de alijs. eſt ſciendū ꝙ pmo ꝯſiderādus eſt numerus angulorū talis figure. quo ꝯſiderato ab illo remoueant̄ duo. ⁊ illud reſiduūȝ oſtendet nobis numerum triangulorum in quos illa figura eſt reſolubilis. hoc aūt ſcito duplicem⁹ numeꝝ trianguloꝝ in quos iſta figura ē reſoluta. ⁊ reſultās ex tali duplicatiōe eſt numerus anguloꝝ rectoꝝ quos valēt oēs anguli ſit̄ iūcti illi⁹ figure: cui⁹ angulorū valor querebat̄. Uerbi gratia. Si volo ſcire quot angulis rectis equalent anguli penthagoni regularis ꝯſiderabo ꝙ ꝗnꝗ ſūt anguli pēthagoni: a ꝗbus remouebo duos. ⁊ remanebūt tres. dico ergo ꝙ penthagonus reſolubilis eſt in tres triangulos. ⁊ qꝛ triū triangulorū anguli valēt ſex rectos: qḋ patet duplicādo tria. dicā ꝙ omnes anguli penthagoni regularis ſit̄ iuncti valent ſex rectos. ⁊ per cōſequēs vnus angulus penthagoni valet vnū rectū. ⁊ quintā partē recti. ⁊ qꝛ exagoni ſunt ſex āguli: remouebo a ſex duo: ⁊ remanebūt quatuor: in tot ergo triāgulos exagonus eſt reſolubilis. ſ. in quatuor. ⁊ ſi quattuor duplicamus reſultāt octo. ⁊ tot angulis rectis equalent anguli exagoni ſimul iūcti. ꝓpter qḋ vnus angulus exagoni regularis valet vnū rectum ⁊ tertiaȝ recti. qḋ patet. Nā ſi octo anguli recti diſtribuantur ſex angulis exagoni. cuilibet angulo exagoni cadit vnus rectus. cum ſexta parte duoꝝ rectoꝝ. ſexta autē pars duorū rectoꝝ eſt vna tertia recti. ⁊ ſic q̄libet angulus exagoni regularis valet quinꝗ tertias vnius recti. ¶ Finalr̄ ergo recolligēdo concluſionē primā. dico ꝙ ſolū tres figure regulares ſupficiales replerēt locū ſuperficialem. ſ. triangulus quadratū ⁊ exagonus non diſtiguēdo quadratū cōtra quadrāgulū vel triangulū. De corporibus aūt replentibus locū in ſolidis dicūt Ariſtoteles. ⁊ cōmentator. ꝙ talia ſunt duo. ſ. cubus. ⁊ pyramis. de cubo non eſt dubiū. Et ideo ſit ſecunda ꝯcluſio. ꝙ in ſolidis. 8. cubi aggregati circa vnū punctuȝ totū ſpaciū circa ipſuȝ replēt ad omnē differentiā: qḋ patet. Si itelligamus tres lineas in aere iterſecare ſe ortogonalr̄. ſicut apparet in tribus pallis ſibi mutuo applicatis. que faciūt duodecim angulos rectos. ſicut patet inter illas lineas ſuperius itercipiētur quatuor cubi ſine iteruallo. Et īferius alij quatuor. ita ꝙ quatuor ſupra ſectionē. ⁊ quatuor īfra ſectionē. que ſimul faciūt octo totū ſpaciū circūſtās ſectionē occupabūt. De pyramidalibus aūt regularibus dicit cōmētator ꝙ duodecim pyramides regulares replēt locū. ⁊ hoc ipſe ſic nititur ꝓbare tertio huius. quorūcūꝗ anguloꝝ corporaliū anguli ſuperficiales equiualent angulis ſuperficialibus angulorum octo cuborum illi anguli poſſūt replere locum in ſolidis. Sed anguli ſuperficiales duodecim angulorum pyramidalium. equiualent angulis ſuperficialibus octo cuborum. ergo ⁊c̄. maiorem relinquit tanꝙ̄ per ſe manifeſtam. ex eo ꝙ anguli octo cuborum replent locum. ſed minoreȝ probat. pro quo ſupponit̄ ꝙ angulus cubi ſolidus claudit̄ trib⁹ angulis ſuperficialib⁹ rectis. ⁊ ſic octo anguli cuboꝝ ſolidi claudunt̄ vigintiquatuor angulis rectis ſupficialibus. Sed quia angulus ſolidus pyramidis regularis triū ſuperficieꝝ claudit̄ tribus angulis ſuperficialib⁹ equiualentibus duob⁹ angulis ſuperficialib⁹ rectis: ſeqtur ꝙ anguli ſolidi duodeci pyramidū claudunt̄ etiā viginti ꝗ̄tuor angulis rectis ſupficialib⁹. ⁊ ſic tot angulis rectis ſupficialibus clauduntur anguli ſolidi. 12. pyramidum regularium quot claudunt̄ anguli ſolidi octo cuboꝝ. ⁊ hoc erat itentū. ¶ Scdo. nam ſicut ſe hȝ triangulus in plano ita ſe hȝ pyramis in ſolido. Sed aliquot triāguli replēt locuȝ in plano. iḋ aliquot pyramides replebūt locum in ſolido. Et ex quo ſex triāguli regulares replēt locū in plano videt̄ ꝙ. 12. pyramides repleāt locū in ſolido. cōſequētia videt̄ tenere per hoc. Nam ſicut numerus cuboꝝ replentiū locū in ſolido eſt duplus ad numerū quadratorū replentiū locū in plano. qꝛ octo cubi replēt locū in ſolido. ⁊ quattuor quadrata replēt locum in plano. Ita videt̄ ꝙ numerus pyramidū replentiū locū in ſolido debeat eſſe duplus ad numerū triangulorū replentiū locū in plano. ¶ Cōtra iſtaȝ opinionē ſalua reuerentia commentatoris ſit tertia concluſio. ꝙ duodecim py

ramides regulares non replent locum in ſolido. q̄ꝺ ꝓbatᷣ ſic. nã recipiã aliquã ſuperficiẽ planã. ⁊ ſignabo in ea punctũ. ⁊ ſit. a. ⁊ aſſignabo ſup punctũ iſtũ ſex triangulos equilateros qui replẽt locũ in ſuperficie circa punctũ iſtũ. q̄ꝺ eſt poſſibile ſicut ↄmentatoꝛ cõcedit. ⁊ oſtẽſuꝫ eſt prius demõſtratiue: deĩde ſupra quẽlibet iſtoꝝ triangulorũ tanquã ſupra baſim erigã pyramidẽ regularẽ triũ laterum: quo facto erũt ibi ſex pyramides oẽs cõtingentes vel cõtinentes ſe in pũcto a. deinde imaginoꝛ vnã lineã perpendicularẽ in illa ſuperficie erectã directe. ad. a. punctũ in ſurſuꝫ. que ſit. a. b. quo facto iſte ſex pyramides nunq̃ꝫ tangũt iſtã lineam niſi īferius in pũcto. a. ſicut pꝫ volenti cõſiderare. ⁊ per ↄñs iſte ſex pyramides nullũ oĩo ſolidũ ↄſtituũt. Deindẽ ex alia parte eiuſdẽ ſupficiei imaginoꝛ alias ſex pyramides ſupra eaſdẽ ſex baſes ↄſtitutas. ⁊ in eodẽ pũcto. a. cõtingentes ſe. ⁊ imaginoꝛ. b. a. ꝓtrahi directe ĩ deorſũ ĩ. c. erit ğ. b. a. c. linea tota in vacuo ex vtraq̃ꝫ parte: ⁊ nihil ſolidũ ↄſtitutũ eſt circa pũctũ in quo ↄtingunt ſe. iz. pyramides. imo ſunt ibi ſex corpora. quoꝝ q̄ꝺlibet ↄſtitutũ eſt ex duabus pyramidibus in cõmuni baſe ↄiũctis. quoꝝ nullũ alteri ↄiungitur ſcðꝫ ſuperficiẽ. Sed tantũ eoꝝ ſuperficies lineis ſe ↄtingũt. patet ergo ꝙ duodecim pyramides bene poſſunt ſe ↄtingere circa eundeꝫ punctũ cõmune: ſed nullo modo iplebũt locũ. nec ratio cõmentatoris ſalua ſui gratia eſt alicuius valoris. ſupponit. n. ꝙ quicũq̃ꝫ anguli corporales ↄtinentᷣ ab angulis ſuperficialibus equiualẽtibus vigitiq̃tuoꝛ angulis ſuperficialibus rectis. ꝙ illi inpleãt preciſe locũ. modo hoc eſt falſum. Nã ſi hoc eſſet verũ. ſequeretᷣ ꝙ tres cubi vna cũ ſex corporibus ſuperficialibus reſultantibus ex diuiſione trium cuboꝝ replerẽt locũ. modo hoc eſt falſuꝫ. ex eo ꝙ tales tres cubi vna cum talibꝰ ſex corporibꝰ ſupficialibus nõ valent niſi ſex cubos: ſex autẽ cubi non replẽt locũ. probatᷣ ↄſequentia. ex eo ꝙ oẽs anguli ſolidi ſimul iuncti triũ cuboꝝ ⁊ ſex talium corporum ſuperficialiũ claudunt̄ angulis ſuperficialibꝰ equiualẽtibus vigitiq̃tuoꝛ angulis ſupficialibꝰ rectis. Ex eo ꝙ angulus cubi ſolidus ↄtinetᷣ tribꝰ angulis ſupficialibꝰ rectis. ⁊ angulus ſolidus talis corpis ſupficialis claudit̄ duobꝰ angulis rectis ſupficialibꝰ cũ dimidio. ⁊ ſic anguli ſolidi taliũ ſex corporũ ſuperficialiũ claudunt̄ angulis ſuperficialibus rectis equiualentibus q̃ndecĩ angulis rectis. ⁊ tres anguli triũ cuborũ nouẽ rectis. Sed q̃ndecim ⁊ nouem faciunt vigintiquatuoꝛ. ergo ⁊c. ¶ Scðo ſeq̄tur ꝙ octo cubi non iplerent locũ. probatᷣ ↄñs. q2 ſꝫm dictã ſuppoſitionẽ cõmentatoris ſedeci corpora ſupficialia equalentia octo cubis non implerent locum: ex eo ꝙ ſedecim anguli ſolidi ſuperficialium corporum clauduntur angulis ſuperficialibus non equiualentibus preciſe. z4. angulis ſupficialibus rectis. patet hoc ex eo ꝙ angulus corporis ſupficialis ſolidus verſus illã parteꝫ vbi fiebat diuiſio cui claudit̄ duobus angulis rectis cuꝫ dimidio. ⁊ ſic tales. 16. clauduntur angulis ſuperficialibus equiualẽtibus. 4. angulis rectis: ⁊ ne laboremus in equiuoco. corpus ſuperficiale dicitur eſſe q̄ꝺlibet illoꝝ duoꝝ que reſultant ex diuiſione cubi. cum cubus diuiditur diametraliter. q̃ diuiſio cadit ſuper angulos cubi apparentes. Ex quo patet ꝙ preciſe tantũ valent duo corpora ſuperficialia q̃ntũ vnius cubus. ſic ergo primo viſa eſt opinio cõmentatoris. ſ. ꝙ. iz. pyramides regulares replent locum. Et ſecundo ratio ſua. ⁊ tertio improbatio ſue opinionis. Et quarto oſtẽſus eſt defectus ſue ratõis qua credidit ſe demonſtraſſe. Nec propter hoc volo improbare Ariſto. quia. Ariſto. nõ dicit ꝙ. iz. pyramides regulares replẽt locum. Sed bene dicitur ꝙ pyramis eſt vnum de corporibus que in aliquo numero accepta poſſunt replere locum. Sed quot pyramides hoc faciant non exprimit. Et ideo ſecundum Ariſtote. diceretur ad dubitationem motam. quantum ad tertium articulum queſtionis. ꝙ pyramides regulares in aliquo numero accepte replent locum. ſed in quo numero hoc faciant ipſe nõ dixit. Et ſi in aliquo numero forte hoc ſunt vigiti. De hoc aũt alias ſi deo placuerit profundius perſcrutaboꝛ.

**Quantum** Ad quartum articulũ ſciendũ: ꝙ aliq̄ꝺ determinare ſibi figuraꝫ a nã eſt ipſum habere aliq̃ꝫ figuram determinataꝫ. ⁊ non poſſe habere aliam niſi violente. ¶ Secũdo eſt ſciẽdum ꝙ queſtio poteſt intelligi. vel de totali elemento vel de parte eius. ¶ Tũc ſit prima concluſio. ꝙ particule elementoꝝ non determinant ſibi figuram naturaliter. probatur. quia aliter ⁊ aliter poſſunt figurari. nunc triangulariter nunc quadrate. ſecundum aliaꝫ ⁊ aliam figuram corporis continentis. ſicut patet de aere ⁊ de aqua abſq̃ꝫ eorum violentia. ⁊ corruptione. qualiter non poſſet fieri de homine vel de aſino. ¶ Secundo. omne recipiens debet eſſe denudatum a natura recepti. modo elemẽta per mixtionẽ q̃lꝫlibet figuraꝫ poſſunt recipe. nec aliq̃ꝫ ſibi determinant nec aliquã habent ſibi cõnaturalem: iam eniꝫ non poſſent aliã recipere. ſic enĩ arguit Ariſto. in p̄mo phyſicorum. ⁊ cõmentatoꝛ in de ſubſtãtia orbis. ꝙ materia p̄ma nullã determinat ſibi formã ſubſtantialẽ. Nam tunc nullã aliã poſſet recipere. ¶ Tamẽ cõtra iſtas ꝓbatõẽs dubitatᷣ. prima quidẽ ꝓbatio non videtur ꝓcedere de omnibus elementis: nõ enĩ cõcludit de terra: que eſt ſolida. illa. n. nõ põt ſic diuerſimode figurari. ſcðm diuerſam figurã continentis ¶ Cõtra ſecundã probationem dubitatur ſimiliter. quãdo dicitur recipiẽs debet eſſe ⁊c. Nam ſꝫ hoc oporteret ꝙ etiã elemẽta nõ haberẽt formas ſubſtãtiales. ex eo ꝙ in mixtione quãlibet formã ſubſtantialẽ poſſunt recipere. ¶ Ad iſta reſpondetur. Ad primũ dico ꝙ lꝫ terra non figuretur ad figuram cõtinentis. hoc non eſt quia forma eius ſubſtãtialis determinet ſibi figurã quã habet. ſed hoc ſolum eſt propter duritiẽ: quia non eſt fluxibilis. Etiã ſufficit ꝙ ſine corruptione ipſa terra poſſet diuidi ⁊ figurari alr̄ ⁊ aliter ſine eius violentia. ¶ Ad ſcðam. iſta bene probant ꝙ oportet elementa carere formis ſubſtãtialibꝰ elemẽtorũ mixtorũ. nam tales recipiunt ĩmixtioneꝫ. non tamen ꝓpter hoc oportet elementa carere formis ſubſtãtialibus elemẽtaribus. ¶ Ex iſta cõcluſione ſeq̄tur. ꝙ nõ poteſt fieri trãſmutatio. particule elementi de figura in figuram que ſit ei violenta. patet hoc ex eo quia nulla eſt ſibi naturalis. verũtamen poteſt eſſe violentia aliunde in tali tranſmutatione. ſicut propter motum localem vel rarefactionem vel condempſationem vel diuiſionem. lꝫ non ratione figurationis. ¶ Secunda concluſio ꝙ totalis ſpera elementi non determinat ſibi aliquam figuram naturaliter. probatur quia totum homogeneũ ⁊ quelibet eius pars ſeparata ſunt eiuſdem rationis. ⁊ non differunt niſi ſecũdum magnum ⁊ paruum. ⁊ ideo conſimilis eſt motus ⁊ locus talis totius. ⁊ ſue partis. ⁊ ſimiliter conſimilis figura. ſed per precedentem concluſionem pars elementi non determinat ſibi aliquam figuram naturaliter. igitur nec totum. ¶ Secũdo. ſi elementa totalia determinarent ſibi aliq̃ꝫ figuram naturalem. tunc ſicut differunt ſpecie determinarent ſibi figuras diſtinctas ſpecie. modo hoc eſt falſum. Nam omnia quaſi ſunt ſperica: ſed illam non determinant ſibi a natura. ſed habent illam rationem continentis. conſequentia probatur. Nam ſicut videmus in animalibus et alijs differentibus ſpecie. ꝙ diſtincta ſpecie ſi determinant ſibi figuras: determinant ſibi figuras diſtinctas ſpecie. ¶ Sed dubitatur primo de hoc ꝙ eadem eſt figura totius homogenei et ſue partis. Nam aliqua particula aque tranſmutatur de vna figura in aliam. Et tamen tota ſpera aque manet conſimilis figure. cuius fuit ante. ¶ Secundo dubitatur. contra concluſionem in ſe. nam terra vndique naturaliter mouetᷣ ad mediũ. ex hoc ſeq̄tur ipſã eẽ rotũdaꝫ

## Liber III. Queſtio vltima.

ſicut dicebať ſcđo huius. iō ipſum eē rotundā videť ei ieſſe nāliter ſicut ineſt ei nāliter vndiqꝫ moueri ad mediū. Ad qđ ſequitur ipſaꝫ eſſe vndiqꝫ rotūdā. ¶ Tertio ignis neceſſario eſt ſperic⁹. nā aliter eſſet vacuū ppe ſperā lune igiť videť ꝙ talē figurā ignis ſibi determinat ⁊c̄. ¶ Ad iſta rndeť. Ad pmū. bn̄ cōcedo ꝙ tota ſpera aque ⁊ vna ps eiꝫ quodāmodo ſe habēt aliter quantū ad figuraꝫ. Sed tn̄ hoc nō eſt de p ſe. nec rōne forme ſubālis aque. ſed p accñs. ⁊ ex ɔtinēte. ⁊ rōne motus. qꝛ facile ē vnā paruā pticulam aque. tráſmutare ⁊ mouere de continēte ī ɔtinēs. ⁊ nō eſt ita de tota ſpera aque. tn̄ ſi ſic fieret. non ꝓpter hoc corruperetur nec violentaretur. ¶ Ad ſcdm. dico ꝙ nō ſequitur ſi motus ſit naturalis ⁊ ex motu ſequitur talis figuratio ꝙ talis figuratio ſit nālis figuratio. ¶ Ad tertium. dico ꝙ. lꝫ ignis ſit neceſſario ſpericus. non tamē naturaliter a forma ſua. ſed ab alio. ſ. a ɔtinēte. ſ. a celo ꝙ eſt ſpericus.

**Ad rōnes.** Ad pmā iſta bn̄ pbať ꝙ quodlibet elemētū eſt figuratū. ſꝫ ꝙ iſtā figurā p ſuā nām ſibi determinet hoc non concluditur. ¶ Ad ſcdam dico ꝙ lꝫ non ſint niſi quinqꝫ corpora regularia ſm̄ ſpēm. non tn̄ oportet ꝙ quodlibet corpoꝝ ſimplicium vnam illaꝝ figurarū talis corporis ſibi determinet. Naꝫ ſi ſic ſicut arguit Ariſtote. oporteret eſſe vacuum. qđ nā abhorret. nec ratio iſta eſt aliud ꝙ̄ quedam concordantia ⁊ perſuaſio ſecundū quas non eſt procedendum in naturalibus. ſed magis ibi eſt pcedēdum ſꝫ experientias. ¶ Ad tertiā dico ꝙ elemēta ex ſui natura non determinata ſunt ad maximū vel ad minimum. Nam dicitur ſecundo de anima. ꝙ ignis creſceret in infinitum ſi infinitum combuſtibile apponereť. Sꝫ ſi elemēta determinata ſūt ad maximum vel ad minimū. hoc non eſt ex eoꝝ natura. ſed magis a continēte. Et iuxta hoc proportionaliter exponatur illud qđ dictuꝫ eſt. omniū natura conſtātium. ⁊c̄. ¶ Ad quartaꝫ dico ꝙ aqua habet figuram ſpericam. hoc aūt non eſt īmediate a forma ſua. ſꝫ quodāmodo ex ɔſequēte. ſ. ꝓpter locum ⁊ diſtantiā eius a centro mundi ſicut oſtenſum eſt ſcđo huius. ¶ Ad quintā de guttulis aque que ſūt ſperice. dico ꝙ hoc nō eſt a forma aque. ſed magis ꝓpter fugam contrarij. nam illa eſt figura ſcilicet ſperica in qua partes ſunt magis vnite ⁊ magis poſſunt reſiſtere corrūpenti. ⁊ ideo quodlibet quantum poteſt tendit ad iſtam figuraꝫ niſi aliud impediat. ſicut grauitas vel durities. Et maxime quando eſt in pua quantitate. nec hoc ſolum cōuenit aque. ſed alijs liquidis. ſicut patet de argēto viuo. ¶ Ad ſextā dico ꝙ hoc nō eſt. ꝓpter hoc ꝙ ignis talē figuram ſibi determinet. ſed hoc magis eſt propter aerem circūſtantē corrumpentē illā flāmā. ⁊ diminuentē quanto eſt remotius ab eius origine.

¶ Et ſic cuꝫ dei laude terminať q̄ſtio. ⁊ p ɔñs terti⁹ liber. ſicqꝫ totalis liber. q diuiſus ē ī tres pricipales libros diſtribut⁹ eſt. cui⁹ p̄mi oēs q̄ſtiones fundate ſunt ſuper textus primi libri ariſto. preter vltimā que fūdata eſt ſuper primo textu ſecūdi libri ð celo ariſtotelis. Silr q̄ōnes oēs ſecundi libri fūdate ſūt ſuper textus ſecūdi libri de celo ariſto. preter decimāquartā q̄ōnem que fundata ē ſup octuageſimūnonū textū primi celi ariſto. Queſtiones autem huius tertij oēs ſunt fundate ſuper textus quarti libri de celo ari. preter quītā. duodecimā ⁊ decimātertiā. que fundate ſūt ſup textus tertij libri de celo ariſto. vt patuit.

¶ Expliciūt queſtiones preclariſſimi doctoris alberti de ſaxonia ſup q̄ttuor libros ð celo ⁊ mūdo Ari. diligētiſſime emēdate p eximiū artiū ⁊ medicīe doctorē magiſtꝝ Hieronymū Surianū Venetū filiū dñi magri Jacobi Suriani phyſici pſtātiſſimi. Jmpſſe aūt Venetijs Arte Boneti de locatellis Bergomēſis. Jmpenſa vo nobilis viri Octauiani ſcoti ciuis modoetiēſis. Anno ſalutis nře. 1492. nono kalēdas nouēbris. Ducante inclito pncipe Auguſtino barbadico.

## Regiſtrum

| A | D | G |
|---|---|---|
| Queſtiones ſubtiliſſime | ⁊ a quo poteſt | Manifeſte apparet |
| ¶ Clariſſimi doctoris | minus ſunt adequata | cum tales intelligentie |
| p ſuationem. | ⁊ ad hoc valet | bere lumen a ſole |
| B | E | H |
| mobile. ſ. celum | differentie poſitionis | eiſdem in ſecundo |
| ſunt plures dimenſiones | habitantibus directe | adinuicem ſꝫ ſpēm |
| ca naturalia | tionaliter poteſt argui | ma ſubſtantiali |
| C | F | J |
| rum non eſt | de generatione | ueatur ⁊ vtrum |
| ideſt non habent | tangeret centrum | teret eſſe vacui |
| principio ⁊ ſimiliter | partes celi mouetur | FINIS. |

Incipiunt tituli queſtionum primi libri.


Utrum cuilibet corpori ſimplici inſit nāl'r tantū vnus motus ſimplex. Queſtio. 1.
Utrum in mundo ſint quinqȝ corpora ſimplicia diſtincta ſpecie.ſ.quattuor elemēta ꝛ q̄nta eſſentia. 2.
Utrum preter q̄nqȝ dicta corpora ſimplicia ſit ponēdum ſextū corpus ſimplex ſm ſpēm. 3.
Utrum totalis mūdus aggregatus ex dictis q̄nqȝ corporibus ſimplicibus ſit vnum ens continuū. 4.
Utrum mūdus ſit pfectus. 5.
Utrū poſſit eſſe aliqđ corpus infinitū imobile. 6.
Utrum poſſit eſſe aliquod corpus infinituȝ imobile circulariter. 7.
Utꝝ poſſit eſſe aliqđ corp⁹ ifinituȝ mobile motu recto. 8.
Utrū aliqua magnitudo ſiue corporalis ſiue linealis ſiue ſuperficialis ſit vel poſſit eſſe infinita. 9.
Utrū vnū ifinitū poſſit eē maius vel min⁹ alio ſi eēnt plā infinita.ſiue vtrū vnū ifinitū ſit ꝯpabile alteri. 10.
Utꝝ total' mūdus ſit magnitudo finita vel ifinita. 11.
Utrū ſuppoſito ꝙ eſſent plures mūdi terra vni⁹ mūdi moueretur ad mediū alterius mundi. 12.
Utrū ſint vel poſſint eſſe plures mundi. 13.
Utrū quelibet potētia actiua determinetur ꝑ maximum in quod poteſt agere. 14.
Utrū quelibet potentia paſſiua terminetur ꝑ minimū a quo poteſt pati. 15.
Utrū omne ens habeat potentiā reſpectu ſue durationis per maximū tēpus per qđ pōt durare. 16.
Utrū oē corruptibile neceſſario corrūpetur. 17.
Utrū aliqđ de nouo genitū poſſit ꝑpetuari.ꝛ aliqđ eternū poſſit corrūpi. 18.
Utrū gn̄abile ꝛ corruptibile ꝯuertātur adinuicē. 19.
Utrū mūdus ſit perpetuus. 20.

Incipiunt tituli queſtionū ſecūdi libri.

Utrū i celo ſint ſurſū ꝛ deorſum.ante ꝛ retro.dextrū ꝛ ſiniſtrum. Queſtio. 1.
Utrū in celo debeat ſumi ſurſum ꝛ deorſū ſꝫ polos. 2.
Utrū polus arcticus ſit deorſū ꝛ antarcticus ſurſū. 3.
Utrū ſurſū deorſū ꝛc̄.repiantur i celo ex natura rei.vel ſolum in habitudine ad nos. 4.
Utrum celū ſit figure ſperice. 5.
Utrū ſpere celeſtes ſint octo vel nouē vel plures vel pauciores. 6.
Utrū ad ſaluandū ea que apparēt ex motibus planetaruȝ oporteat ponere orbes eccentricoꝝ ꝛ epiciclos. 7.
Utrū omne celū ſit mobile. 8.
Utrū celū moueaꝛ cū fatigatione ꝛ pena. 9.
Utrū iſta ꝯn̄a ſit bona.celū mouetur.ergo neceſſe ē terrā quieſcere. 10.
Utrū iſta ꝯn̄a ſit bona celū ſꝑ mouetur.ergo neceſſe ē ipm moueri pluribus motibus. 11.
Utrū iſtā ꝯn̄a ſit bona.ſi neceſſe eſt eē gn̄ationes ꝛ corruptiōes hic inferius neceſſe eſt plēs motus celeſtes. 12.
Utrū motus celi ab occidente i oriētē ſit regularis. 13.
Utrū oīs motus regularis ſit velocior i fine ꝙ̄ i pn̄°. 14.
Utrū ſpere celeſtes planetaꝝ plib⁹ moueanꝛ motib⁹. 15.
Utrū corpora celeſtia ſuis motib⁹ cauſent ſonū. 16.
Utrū orbes inferiores planetaꝝ velócius moueātur motibus proprijs ꝙ̄ orbes ſupiores. 17.
Utruȝ ſol ꝛ luna paucioribus moueantur motibus ꝙ̄ alij planete. 18.
Utrū ſpera ſolis ꝑ ſuū motū magis calefaciat iſta inferiora ꝙ̄ alij planete. 19.
Utꝝ ſtelle moueanꝛ ꝑ ſe vel ſolū ad motū ſui orbis. 20.
Utrū oīa aſtra ſint adinuicē eiuſdē ſpēi ſpāliſſime. 21.
Utrum omnia aſtra alia a ſole.habeant lumen ſuum a ſole vel a ſe. 22.
Utrū oīa aſtra ſint generatiua caliditatis per lumē in iſtis inferioribus. 23.
Utrū macula illa apparēs in luna cauſetur ex diuerſitate partiū lune vel ab aliquo extrinſeco. 24.
Utrū terra ſit in medio mundi ſicut punctus reſpectu celi naturaliter ſituata. 25.
Utrū terra in medio celi ſiue in medio mūdi ſemper quieſcat vel ſemꝑ moueatur. 26.
Utrū totalis terra ſit ſperica. 27.
Utrū totalis terra ſit habitabilis. 28.


Incipiunt tituli queſtionū tertij libri.


Utrū aliqđ elementum ſit ſimpl'r graue ꝛ aliqđ ſimpl'r leue.ꝛ aliquod i reſpectu. Queſtio 1.
Utrū qđlibet corpus qđ eſt alio grauius in aere ſit eodem grauius in aqua. 2.
Utrū aliqđ elementū ſit graue in ſuo loco ꝓprio. 3.
Utrū grauitas ꝛ leuitas ſint forme ſubſtantiales grauiū ꝛ leuium. 4.
Utꝝ ex parte grauitatis ꝛ leuitatis ꝯcludi poſſit corpora non eſſe cōpoſita ex indiuiſibilibus. 5.
Utꝝ ex parte grauitatis ꝛ leuitatis concludi poſſit numerus quaternarius elementorum. 6.
Utꝝ loca naturalia grauium ꝛ leuium ſint cauſe ſuorum motuum. 7.
Utꝝ graue vel leue moueaꝛ naturaliter ſurſum vel deorſum a ſuo generāte vel remouēte ꝓhibēs. 8.
Utrum grauia ꝛ leuia moueantur actiue a grauitate ꝛ leuitate. 9.
Utꝝ forme ſcđꝫ quas ſiūt motus grauiū ꝛ leuiū ſint naturaliter mobiles ſcđꝫ locū. 10.
Utꝝ grauia appetāt deſcēdere ꝑ lineas breuiſſimas. 11.
Utꝝ aer naturaliter moueatur i ꝓiectione lapidis vel alterius proiecti in eo. 12.
Utꝝ q̄tuor elemēta determinēt ſibi figuras a natura. 13.


FINIS